Incipit regula bti agustini epi: de dilectiõe dei et pximi. Primũ capitulum.

Ante oĩa frẽs charissimi diligat̃ deus: deinde proximus: qr ista pcepta sunt principalit̃ nobis data. Hec igit̃ sunt que vt obseruetis precipim⁹: in monasterio cõstituti. Primũ propter qd in vnũ estis cõgregati: vt vnanimes habitetis in domo: et sit vobis aia vna et cor vnũ i deo. Et nõ dicatis aliquit pprium: sz sint vobis oia coia: et destribuat̃ vnicuiqz vrm̃. a pposito vro victus et tegumentũ non eq̃liter oibus: qr nõ eq̃liter valetis oẽs: sz potius vnicuiqz sicut cuiqz op⁹ fuerit. Sic eni legitis in actibus aplor̃ũ qr erãt illis oia coia: et distribuebat̃ vnicuiqz sicut cuiqz op⁹ erat: Qui vero aliq̃d habebãt in sclo: qñ ingressi sunt monasteriũ: libent̃ velint illud eẽ cõmũe. Qui ãt nõ habebãt: nõ ea q̃rãt in monasterio: q̃ nec foris habere potuerũt. Sz tñ eorũ infirmitati qd opus ẽ tribuat̃: etiã si paupertas eor̃ qñ foris erãt: nec ipa necessaria poterat inuenire. Tñ nõ ideo putẽt se esse felices: quia inuenerunt victũ et tegumẽtũ: q̃le foris inuenire nõ potuerũt. Nec erigãt ceruicẽ qr sociant̃ eis ad q̃s foris accedere non audebãt: sed sursum cor habeant et terrena vana nõ q̃rãt: ne incipiãt monasteria diuitib⁹ esse vtilia nõ paupib⁹: si diuites illic humiliantur: et pauperes illic inflãt̃. Rursus etiã illi q̃ aliq̃d videbãt̃ esse in sclo: nõ habeãt fastidio frẽs suos: q̃ ad illã sctã societatẽ ex paupertate venerũt. Magis autẽ studeãt nõ de parẽtũ diuitũ dignitate: sz de pauperũ fratrũ societate gl̃iari. Nec extollãt̃ si cõi vite aliq̃d. de suis facultatibus cõtulerit: nec de suis diuitijs magis supbiãt qr eas monasterio ptiunt̃: q̃z si eis in seculo fruerent̃. Alia q̃ppe q̃cũqz iniq̃tas i malis opibus exercet̃ vt fiãt: supbia vo etiã bonis opib⁹ insidiatur vt pereant. Et q̃d pdest dispergẽdo dare pauperibus et pauperẽ fieri: cũ aia misera

Dixe Collegio de Carmelitas du cal ... del Angel de la Guarda ... Sm.a

superbior efficit diuitias cōtē
nēdo q̄ʒ fuerat possidēdo.
Oēs ergo vnanimit̄ ⁊ cōcor
diter viuite: ⁊ honorate i vo
bis deū inuicē: cuius tēpla facti
estis. De pertinētibus ad
religionē inq̄ʒtum est status
penitentie. ij. capitu.
Orationib⁹ instate: horis ⁊ tpi
b⁹ cōstitutis. In oratorio ne
mo aliq̄d agat nisi ad qḋ fa
ctū ē vn̄ ⁊ nomē accepit; vt
si forte aliq̄ etiā p̄ter horas ꝯ
stitutas si eis vacat orare vo
luerint: nō eis sint impedimē
to q̄ ibi aliq̄d agēdū putaue
rūt. Psalmis ⁊ hymnis cuʒ
oratis deū: hoc versetꝰ i cor
de qḋ ꝓfertꝰ i ore. Et nolite
cātare: nisi qḋ legitis eē can
tandū. Qḋ autē nō ita scri
ptū est vt cātetꝰ: nō cantetꝰ.
Carnē vestrā domate ieiuni
js ⁊ abstinētia esce ⁊ potus:
q̄ʒtū valitudo pmittit. Qn̄
āt aliq̄s nō pōt ieiunare: nō
tñ ex horā prandij aliq̄d ali
mētoꝝ sūmat: nisi cum egro
tat. Cū accedetis ad mēsam;
donec inde surgatis: qḋ vo
bis scd̄m ꝯsuetudinē legitꝰ si
ne tumultu ⁊ cōtētiōib⁹ au
dite: nec sole vobis fauces sū
māt cibū: sʒ ⁊ aures esuriāt
verbū dei. Qui infirmi sunt

ex pristina cōsuetudine si ali
ter tractantꝰ in victu; nō de
bet alijs molestū eē nec inui
stū videri eis: quos fecit ali
q̄ cōsuetudo fortiores. Nec
illos feliciores putent: q2 sū
mūt qḋ nō sūmūt ipsi: sed si
bi potius gratulentꝰ q2 valēt
qḋ nō valēt illi. Et si eis qui
venerūt ex morib⁹ delicatio
ribus ad monasteriuʒ aliq̄d
alimētoꝝ vestimētoꝝ operi
mentorūue datꝰ; qḋ alijs for
tioribus ⁊ iō felicioribus nō
datꝰ: cogitare debēt q̄b⁹ nō
datꝰ q̄ʒtū de sua seculari vita
illi ad istā descēderunt: q̄ʒuis
vsq̄ʒ ad alioꝝ q̄ sunt corpore
firmiores frugalitatē ꝑueni
re nō potuerit. Nec debent
velle oēs qḋ paucos vident
amplius; nō q2 honorātꝰ sʒ
q2 tollerantꝰ accipere: ne cō
tingat detestāda ꝑuersitas;
vt in monasterio vbi q̄ʒtum
possunt fiūt diuites laboro
si: fiāt pauperes delicati. Sa
ne quēadmodū egrotātes ne
cesse habēt min⁹ accipere ne
grauentur; ita ⁊ post egritu
dinē sic tractādi sunt vt citi
us recreentꝰ: etiā si de hūli
ma scli pauptate venerit; tā
q̄ʒ hoc illis ꝯtulerit recētior
egritudo quod diuitibus an

terior consuetudo. Sed cū vires pristinas reparauerit; redeā ad feliciorē ꝯsuetudinē suā: que famulos dei tanto amplius decet quāto minus indigēt; ne cibi eos teneat voluptas iā vegetatos quos necessitas leuarat infirmos. Illos extimēt ditiores: q̇ in sustinēda parcitate fuerint fortiores. Melius est enim minus egere: quā plus habere.

De ptinētibus ad religionē in quātū est status honestatis. iij. capitulum.

Nō sit notabilis habit⁹ vr̄; nec affectetis vestibus placere: sȝ morib⁹. Qn̄ pceditis simul ābulate; cū veneritis q̄ itis: simul state. In icessu. statu. habitu. ⁊ in oib⁹ motib⁹ vr̄is nihil fiat qd̄ cuiusq; offēdat aspectū: sȝ q̄ vestrā deceat sctitatē. Ocl̄i vr̄i ⁊ si iaciant̄ in aliquā feminaꝝ: in nullā figāt̄. Neq; ei qn̄ pceditis femīas videre phibemini: sȝ appetere vl̄ ab ipsis appeti velle: criminosum ē. Nec solo tacito affectu; sȝ affectu ⁊ aspectu q̄q; appetit̄ ⁊ appetit cōcupiscētia feminaꝝ. Nec dicatis vos hr̄e animos pudicos; si habeatis oclos ipudicos: q: ipudic⁹ oculs ipudici cordis est nūcius. Et cū se iuicē sibimet etiā tacēte ligua ꝯspectu mutuo corda nūciāt impudica ⁊ scd̄m ꝯcupiscētiā carnis ā alterutro delectāt̄ ardore: etiā i tactis ab imūda violatione corporibus fugit castitas ipsa de moribus. Nec putare debet q̇ in feminā figit oculū: ⁊ illius in se ip̄m diligit fixū; ab aliis se nō videri cū hoc fecerit. Videtur oino; ⁊ a q̇bus se videri nō arbitrat̄. Et si lateat. ⁊ a nemine hoim videatur; quid faciet de illo desuper inspectore. quem latere nihil potest. An ideo putandus ē non videre; quia tanto videt patientius quanto sapientius: Illi ergo vir sctūs timeat displicere: ne velit femine male placere. Illū cogitet oia videre: ne velit fēie male videri. Illius nāq; ⁊ in hac causa cōmēdat⁹ ē timor vbi scriptū ē. Abominatio ē dn̄o: defigēs oculū. Qn̄ ergo simul estis in eccl̄ia ⁊ vbicunq; femine sunt: inuicem vestram puditiam custodite Deus enī q̇ habitat in vob: etiā isto mō custodiat vos ex vob. Et si hāc d̄ q̄ loquor oculi petulātiā in aliquo vestrū

aduerteritis: statim admoneate ne cepta pgrediat: sz de pximo corrigat. Si aut et post admonitionem iterū vel alio quocumqz die idipm facere cū videritis: iā velut vlneratū sanandū pdat: quicūqz hoc potuerit inuenire. Prius tn̄ est alteri vl tertio demōstrādū: vt duorū vel triū possit ore cōuinci: et cōpetenti seueritate coerceri. Nec vos iudicetis esse maliuolos: qn̄ hoc indicatis. Magis quippe innocētes nō estis: si fratres vr̄os quos indicādo corrigere potestis: tacēdo perire pmittitis. Si eni frater tu' vuln' hēt i corpore qd velit occultari dū timet secari: nonne crudeliter a te sileret et misericorditer indicaretur: Quāto ergo potius debes manifestare: ne deterius putrescat in corde. Sed anqz aliis demōstret p quos cōuincēdus ē: si negauerit: pri' preposito debet ostēdi: si admonitus neglexerit corrigi: ne forte possit secreci' correctus nō innotescere ceteris. Si aut negauerit: tūc neganti adhibēdi sunt alii: etiā corā oib' vt possit nō ab vno teste argui: sz a duob' vel trib' cōuinci. Conuictus vero: scd̄z prepositi vel etiam pres byteri ad cuius dispēsationē ptinet arbitriū debet emēdatoriā subire vindictā. Quā si ferre recusauerit: etiā si ipse nō abcesserit: de vr̄a societate pyciatur. Nō eni et hoc fit crudelit: sz misericordit: ne cōtagiōe pestifera plurimos pdat. Et hoc qd dixi d oculo nō figēdo: etiā i ceteris inueniēdis phibēdis. indicādis cōuicēdis iudicādisqz pctis: diligēter et fideliter obseruet cū dilectiōe holm. et odio viciorz. Quicūqz aūt i tm̄ progressus fuerit malū: vt occlte ab aliquo lras vel qdlibet mun' acceperit: si hoc vltro confitetur parcat illi et oretur pro eo. Si aūt depzehēditur et cōuincitur: scd̄m arbitriū pres byteri vl prepositi: grauius emendetur.

De pertinentib' ad religionem in necessitatibus.

iiij. capitulum.

Uestes vr̄as in vnū hēatis: sub vno custode vl duobus vl quod sufficere possint ad eas excutiendas: ne a tinea ledātur. Et sicut pascimini ex vno cellario sic induamini ex vno vestiario. Si fieri pōt ad vos nō ptineat qd vo

bis indumētū ꝑ tēpm cōgruentia ꝓferatur utrū hoc recipiat unusquisq; qd depositerat an aliud q alter habuerat: dū tñ unicuiq; ꝓut cuiq; op⁹ ē nō negeť. Si aūt hic inter vos cōtentiões ⁊ murmura oriūť cū q̄rit aliqs se deterius accepisse q̄ pri⁹ habuerat: ⁊ indignū se esse q nō ita vestiať: sicut alius frāter vestiebať: hinc vos probate quātū vob desit in illo interiori scō habitu cordis qui pro habitu corpis litigatis. Tñ si vřa tolleratur infirmitas: vt hoc recipiatis qd deposueritis in vnū tñ locū sub cōib⁹ custodib⁹ habete qd ponitis: ita sane vt null⁹ sibi aliqd opeť sed oīa opa vřa i vnū fiāt maiori studio ⁊ frequētiori alacritate: q̄ si vobis singulis faceretis propria. Charitas eni de q̄ scriptū ē q nō q̄rit q̄ sua sūt sic intelligiť: q̄ cōia ppriis nō propria cōib⁹ anteponit. Et ideo q̄nto ampli⁹ rē cōem q̄ propria vřa curaueritis: tanto vos ampli⁹ ꝓficere noueritis: vt i oīb⁹ qbus vtiť trāsitoria necessitas supemineat que pmanet charitas. Cōsequēs ergo ēvt ēt cū q̄s suis filijs aūt aliqua necessitudine ad se ptinētib⁹ i monasterio cōstitutis aliquā ꝓtulerit vestē. siue qdlibet aliud iter necessaria deputādū: nō occulte accipiať: sed sit in potestate ꝓpositi vt in rem cōem redactū: cui necesse fuerit ꝓbeať. Qd si aliqs rē sibi collatā celauerit: furti iudicio cōdēneť. Indumenta vřa ꝑm arbitriū ꝓpositi lauent siue a vob siue a fullonib⁹: ne interiores aīe sordes cōtrahat. mūde vestis nimius appetit⁹. Lauacrū etiā corporis cū infirmitatis necessitas cogit: minime deneget. Fiat sine murmure de consilio medici necesita vt ēt si noluit: iubēte ꝓposito faciat qd faciendū est ꝓ salute. Si aūt velit ⁊ forte nō expedit: sue cupiditati nō obediatur. Aliqñ etiā si noceat: prodesse creditur qd delectat. Deniq; si latēs ē dolor in corpore: famulo dei dicēti qd sibi dolcat: sine dubitatione credať. Sed tñ vtrū sanādo illi dolori quod delectat expediat: si nō ē certū medic⁹ ꝯsulať. Nec eāt ad balnea siue quocūq; necesse fuerit: min⁹ q̄ duo vł tres. Et ille q̄ hēt aliq̄ eūdi necessita-

tē cū q̄b⁹ p̄posit⁹ iusserit ire debet. Egrotantiū cura siue post egritudinē reficiēdoꝝ siue aliq̄ imbecillitate; etiā sine febrib⁹ laborātiū: vni alicui debet iniungi; vt ip̄e de cellario petat: q̄ cuiq3 opus eē ꝑspexerit. Siue āt q̄ cellario: siue q̄ vestibus siue q̄ codicib⁹ p̄ponūt: sine murmure suiāt frīb⁹ suis. Codices certa hora petātur: singulis dieb⁹. Ex horā q̄ petierit nō accipiat. Vestimēta ūo ⁊ calciamēta qñ fuerint indigentib⁹ necessaria dare nō differant sub quorū costodia sūt que poscuntur.

De pertinentibus ad religionem prout est status fraternitatis. .v. capitulum.

Lites aut nullas habeatis; aut q̄3 celerrime finiatis: ne ira crescat: in odiū ⁊ trabem faciat de festuca ⁊ aīam faciat homicidā. Sic eni legitis. Qui odit frēm suū: homicida ē. Quicūq3 aūt cōuictio vel maledicto vel etiā criminis obiectu aliquē leserit: meminerit satisfatiōe q̄3 citius curare qd̄ fecit ⁊ ille q̄ lesus ē: sine disceptatiōe dimittere Si aūt iuicē se leserint; inuicē sibi debita relaxare debēt ꝓpt̄ orōes v̄ras q̄s vtiq3 q̄nto crebriores habetis tanto sāciores hr̄e debetis. Melior ē aūt q̄ q̄3uis ira sepe tētet; tñ impetrare festinat: vt sibi dimittat cui se fecisse agnoscit iniuriā q̄3 q̄ tardius irascit̄ ⁊ ad veniā petēdā tardius iclinat̄. Qui āt nūq3 vl't petere veniā; aut non ex aio petit: sine causa ē i monasterio. etiā si inde non ꝓijciat̄. Proīde vob a verbis durioribus parcite. Que si emissa fuerit ex ore vr̄o nō pigeat ex ip̄o ore ꝓferre medicamēta: vñ facta sūt vlnera. Qñ āt necessitas discipline in moribus coercēdis dicere vos dura verba cōpellit: etiā si ipsi modū vos excessisse sentitis: nō a vobis exigitur vt a vobis subditis veniam postuletis: ne apd̄ eos q̄s oportet eē subiectos: dū nimiū3 seruat̄ humilitas: regēdi frangatur autoritas. S3 tñ petēda ē venia ab oīm dño q̄ nouit eos q̄s pl⁹ iusto forte corripitis: q̄nta beniuolētia diligatis. Nō autē carnalis: s3 sp̄ūalis debet esse inter vos dilectio.

De obedientia. vi. capl'm.

Preposito tanq3 pr̄i obediatur; multo magis presby-

tero:qui omniũ vestrũ curã gerit. Ut ergo cũcta ista ser-uẽt: ⁊ si qd ꝑuatũ min⁹ fue rit nõ negligẽter pretereat: sꝫ ut emendãdũ corrigẽdũqꝫ curet: ad prepositũ precipue ꝑtinebit: vt ad ꝑsbyterũ cu ius ẽ apũ vos maior auctori tas referat: quod moduꝫ vel vires eius excedit. Ipse vero qui vobis preest non se existi met potestate dñante: sꝫ cha ritate seruiẽte felicẽ. Hono re corã vobis prelatus sit vo bis: timore corã deo substra tus sit pedibus vr̃is. Circa omnes seipm̃ bonorũ operũ prebeat exemplũ: corripiat ĩ quietos: cõsoletur pusillani mes: suscipiat infirmos: pati ens ad oẽs. Disciplinã libẽs habeat: metuẽdus imponat Et q̃uis vtrũqꝫ sit necessa-riũ: tamẽ plus a vobis ama-ri appetat q̃ꝫ timeri semꝑ co gitans deo se pro vobis redi-turũ eẽ rationẽ. Uñ et vos magis obediendo nõ solum vr̃i sed etiã ipsius misereminí: qui inter vos quanto ĩ lo co superiori: tanto in pericu lo maiori versat. Donet do minus vt obseruetis hec oĩa tãq̃ꝫ spũalis pulchritudinis amatores: ⁊ bono xp̃i odore de bona cõuersatiõe fragrã tes: nõ sicut serui sub lege: sꝫ sicut liberi sub gratia consti tuti. Ut autẽ vos in libello hoc tanq̃ꝫ ĩ speculo possitis inspicere: ne per obliuioneꝫ aliq̇d negligatis, semel in sep timana vobis legat. Et vbi vos inueneritis ea q̃ scripta sunt facientes: agite gratias dñino bonorũ oĩum largi tori. Ubi autẽ sibi quicũqꝫ vestrũ viderit aliquid deesse doleat de ꝑterito caueat de futuro: orans vt ei debitũ di mittatur: ⁊ in tentationẽ nõ inducatur.

Explicit regula beati Augustini epi.

Incipit prologus: in librum constitutionum fratrum ordinis predicatorũ.

Quoniam ex precepto regule iubemur hẽre cor vnum et aiaʒ vnã in domino. iustũ ẽ vt q̃ sub vna regula et vnius ꝓfessionis voto viuimus vniformes in obſuãtijs canonice religiõis inueniamur quatinus vnitatẽ q̃ interi⁹ seruãda ẽ in cordibus: foueat et representet vniformitas exterius seruata in morib⁹. Quod profecto eo cõpetẽti⁹ et plenius poterit obseruari si ea que agẽda sunt scripto cõmẽdata fuerint. si oĩb⁹ qualiter sit viuẽdũ. scriptura teste innotescat. si mutare vel addere vel minuere. nulli quicquã ꝓpria volũtate liceat ne si minima neglexerim⁹ paulatim defluam⁹. Ad hec tñ in cõuẽtu suo prelatus cũ fratribus dispẽsandi hẽat potestateʒ: cũ sibi aliqñ videbitur expedire: in his precipue que studiũ vł ꝑdicationẽ vel animarũ salutẽ videbuntur impedire: cum ordo nr̃ specialiter ob predicationẽ et animarum salutem ab initio noscat̃ institutus fuisse: et studiuʒ nostrum ad hoc debeat pricipaliter intẽdere ut proximoꝝ aiab⁹ possim⁹ eẽ vtiles. ꝑores etiã vtãtur dispẽsatiõib⁹ sicut et alij frẽs. Ut ergo vnitati et paci totius ordinis ꝓuideat̃. volumus et declaramus: ut ↄstitutiones nr̃e nõ obligẽt nos ad culpam: sed ad penã: nisi propter preceptũ vł cõtẽptũ. Et vt multitudo cõstitutionũ vitetur prohibem⁹ ne de cetero aliq̃d statuatur nisi ꝑ duo capł̃a gen̄ralia cõtinua fuerit approbatũ. et tũc ĩ tertio capł̃o imediate sequente. poterit cõfirmari. vel deleri: siue ꝑ priores ꝓuinciales. siue ꝑ alios diffinitores. vbicũq; illud tertiũ capitulũ celebretur. Interꝑ̃tationes aũt regule vel constitutionũ facte a generali capitulo non habeant vim cõstitutionis: nisi per tria capitula approbẽtur. Generale etiã cõstitutũ ordis vł cõsuetudinẽ diu opꝑ̃tẽtã et cõit̃ approbatam: nec mgr̃ ordis. nec ꝑores ꝓuinciales aliq̃tenus valeant in-

mutare: nisi p tria capl'a fuerit ap.pbatū. Librū aūt istū diligēt cōscripsim⁹ i quo duas distintiōes annotauim⁹.

Prima distitio cōtinet.xx capitula.scz

Distitio prima de officio ecclesie.j.capitulo.

Audito pmo signo surgant fratres: et stādo dicant officiū de beata virgine.p tpe. Matutinas autē ⁊ missam ⁊ oēs horas canonicas simul audiāt frēs nr̄i. nisi cū aliquib⁹ plat⁹ aliter dispēsare voluerit. Hore omnes in eccl'a breuiter ⁊ succīte taliter dicant. ne frēs deuotionē āmittant. ⁊ eoꝝ studiū minime impediat. Quod ita dicimus esse faciēdū: vt i medio versus metrū cū pausa seruet. nō ptrahendo vocē in pausa vel in fine vers⁹: sz sicut dictū ē breuiter ⁊ succīte terminentur. Hoc tn̄ magis ⁊ min⁹ pro tpe obseruet. Tēpore uo quo bis reficiunt frēs. legat āte cōpletoriuz in eccl'ia. lco. Frēs sobrij estote. ⁊ facta ꝯfessione. et dicto ꝯplectorio. det q̇ preest benedictionē. ⁊ ebdōarius aquā aspergat benedictā postea dicat pr nr̄ ⁊ credo i ocū qd etiā fieri debet añ primā ⁊ añ matutinas. Totū officium tā diurnū q̄z nocturnuz sm correctionē ⁊ ordinationē venerabilis pr̄is fr̄is vmberti magr̄i nr̄i ordis confirmam⁹ ⁊ volumus ab oībus vniformit' obseruari. ita qd nulli liceat de cetero aliquid imutare l' inouare. Frēs nr̄i nō hēant i domib⁹ suis nisi vnam cāpanā ad oēs horas. Sol⁹ ebdōari⁹ capa sica tāi choro q̄z i pcessiōe vtatur.

AInitiis matutīs de btā virgīe cū fratres in chorū venerint inclinēt ante altare profūde. Et cū ad sedes suas puenerit facto signo a prelato flexis genibus vel inclinati ꝑfunde pro tp̄e dicāt pater nr̄ ⁊ credo ī deū. Et iterū facto signo a prelato surgāt. Hora itaqꝫ deuote incepta x̄ā ad altare muniāt se signo crucis. Et ad glīa prī īclinet chorus cōtra choꝝ ꝓfunde vel prosternāt se pro tp̄e vsqꝫ ad sicut erat. Hoc etiā faciēdū ē quotiēs pr̄ nr̄ ⁊ credo in deū dicitur: nisi in missa ⁊ añ lectiōes: ⁊ ad grārū actiōes in qb⁹ inclinam⁹ solū ad pr̄ nr̄ ⁊ ad oꝛonē. Retribuere. Idē etiā faciēdū ē ad primā collectā in missa: ⁊ ad post comunionē ⁊ etiā similr̄ ad orationē ꝑ ecclia: ⁊ in singlis horis ad collectā ⁊ ad glīa prī q̄tiēs in inchoatiōe hore dicit᷑. Ad oīa autē alia glīa prī ⁊ ad extremos x̄ ſ⁹ hymnoꝝ ⁊ ad penultimū versum cātici bn̄dicite inclinam⁹ vsqꝫ ad genua ⁊ etiā qñ cātatur glīa in excelsis ad suscipe deprecationē nr̄am. Et iterū in benedictione lectionis: ⁊ in capitulo ad oꝛonem sancta maria. Itē quādocūqꝫ nomē iesu ī collecta ⁊ in p̄factiōe vel in antiphona Salue regina. vel in Gloria ī excelsis nominat᷑. Qñ vero nomē iesu alias nominatur in choro ei fratres reuerentiā faciāt capite deuotius inclinato. Itē in omni oratione quādo nomē beate marie vl̄ beati dn̄ici nominatur. Et etiā quādo nomē beate marie nominat᷑ in antiphona salue ⁊ in missa in p̄fatiōe. Itē ad gratias agamus dn̄o deo nostro in prefatiōe ⁊ similiter ad versum O crux aue et cetera. fratres in choro reuerenter inclinēt sicut fieri debet sicut quādo nomen iesu ⁊ marie matris ei⁹ nominatur. Hora itaqꝫ p̄dicto modo incepta ⁊ post q̄ ad gloria patri post venite inclinauerint: stet chorus cōtra chorū: deinde ad p̄mū psalmū sedeat vnus chorus et ad scōm similiter stet et sedeat alter chorus et sic alternēt se vsqꝫ ad laudate dn̄m de celis. Et sic faciāt ad oēs horas. Finita aūt lectiōe in matutinis: nisi fiat officium de mortuis ille qui legit iter pulpitū qd̄ est in medio cho

riet gradus altaris iclinatio nem faciat vel prosternāt se pro tēpore. In inclinationibus conformemur morib⁹ eorū ad quos declinamus. Porro ad salue scta parens et veni sancti spirit⁹ et ad veni creator spirit⁹ in die penthecostes et per totam ebdomadā. et ad credo i missa ad ex maria virgine et homo factus est flectimus genua. In ferialibus quoqꝫ dieb⁹ iacemus prostrati a scūsvsqꝫ ad agn⁹. In festis vero triū vel nouē lectionū iacemus prostrati: ab eleuatione corporis vsqꝫ ad pr̄ nr̄. In prostrationibus idē seruemus in festis triū vl' nouem lectionū. Nūq̄ prelatus iniunxerit aliquā cōmunē orationē inclinent omnes. Similiter oēs faciāt quib⁹ aliqd facere vl' dicere iniūxerit. Si āt aliquā obedientiā vl' officiū vel ministeriū aliqd cuius iniūxerit humilr̄ psternens se suscipiat qd iniunctū fuerit ei. Nūq̄ etiā fratrib⁹ quipiā deſtinēti tribuit inclinātes bñdict⁹ de⁹ i dōnis suis dicāt.

De suffragijs mortuorū. iij. capitulum.

A festo sci dionisij vsqꝫ ad aduētū. p anniuersario fratrū et sororū nr̄ax et familiariū receptox ad beneficia ordinis p litteras: clericus psalterū. sacerdos tres missas. laici quingēta pr̄ nr̄ dicant. Idē faciat qlibꝫ fratrū pro defuncto fratre sui ꝯuētus. et idē fiat per totū ordinē p magistro ordinis: et a cōprouincialib⁹ pro priore prouinciali defunctis. Idem etiā fiat per totū ordinē pro diffinitore generalis capituli vel socio eius. et p electoribus magistri et socio prioris prouincialis eūtis ad capitulū generale. si aliquē illorū in via vl' in ipso capitulo mori contigerit. Idē etiā fiat pro pcuratore ordis: si i romana curia in pcurationis officio decedat. Idē etiā fiat p visitatore a domibus q̄s visitare debet: si in visitatione moriat̄. Itē qlibꝫ frat̄ celebret. xxx. missas i āno p frib⁹ et sorori b⁹ nr̄i ordis defunctis. et qlibet cleric⁹. xxx. vicibus septē psalmos. et qlibꝫ cōuers⁹. xxx vicib⁹ cētū pr̄ nr̄ dicat: et qlibet cōuenct⁹. xx. missas i cōi Anniuersariū patrū. et matrū. tertia die p⁹ purificationē btē marie. āniuersariū be

nefactorū ⁊ familiarium sequēti die p⁹ octaua.s. bti augustini. āniuersarium vero fratrū ⁊ sororū ordinis nr̄i. sequēti die post festū bti dionisij est faciēdū. Anniuersariū vero om̄i sepultoꝝ i cimiterijs nr̄is: vbiqꝫ fiat prima die vacante p⁹ octauas aplo rū petri et pauli. ¶Fr̄es vero nr̄i numerū missarū non admittāt.

De ieiunijs.iiij.ca.

A pascha vsqꝫ ad festuꝫ sancte crucis reficiant̄ bis fratres: exceptis dieb⁹ rogationū ⁊ oib⁹ sextis ferijs. et vigilia pēthecostes. ⁊ ieiunijs q̄tuor tēpoꝝ. vigilia sci ioānis bbe. petri ⁊ pauli ⁊ iacobi. ⁊ bti dn̄ici prīs nr̄i ⁊ laurētij. assumptiōis scē marie ⁊ bartholomei. ac natiuitatis btē virginis. A festo aūt scē crucis vsqꝫ ad pascha cōtinuū tenebim⁹ ieiuniū: ⁊ nona dicta comedem⁹. exceptis dn̄icis dieb⁹. In toto autē aduentu ⁊ q̄dragesima: et ieiunijs q̄tuor tēpoꝝ. in vigilia ascēsiōis. ⁊ pēthecostes. ⁊ scti ioannis bbe. petri et pauli. ⁊ bti dn̄ici prīs nr̄i. ⁊ in vigilia bti laurētij. assumptionis scē marie virginis. ⁊ bartholomei. et mathi. simonis

⁊ iude. et om̄ium sctoꝝ. andree apli. ⁊ oib⁹ sextis ferijs q̄dragesimali vtimur cibo. nisi in dictis sextis ferijs tm̄ cū aliq̄ ꝑpt laborē dispēset̄. l' i locis in qb⁹ in eisdē sextis ferijs aliter comederetur: vel nisi ꝑcipuū festū fuerit. Itinerātes tn̄ bis refici possunt: nisi i aduentu. ⁊ in vigilijs natiuitatis ⁊ purificatiōis btē virginis. et ieiunijs principalibus ab ecclia constitutis: ⁊ sextis ferijs intus ⁊ extra. Qn̄ aūt aliqd̄ festū habens vigilia in qua scd̄m ordinē ieiunādū ē. ⁊ venerit in scd̄a feria. ei⁹ vigilia in precedēti sabbato ieiunet̄: cōtraria cōsuetudine nō obstāte. ¶Feria.ij. ⁊.iij. p⁹ q̄nquagesimā. tam intus q̄ꝫ extra q̄dragesimali vtimur cibo: et ieiunam⁹. In parasceue vero. per totū diē in pane ⁊ aq̄ vbiqꝫ abstineamus.

De cibo. v capitulo.

Hora cōpetēti ante prādiū vel cenā: a sacrista paucis ictibus cāpana pulsetur: ut fratres ad refectionē venire nō tardent. ¶Postmodū pulset̄ cimbalū si cib⁹ est parat⁹: alioquin nō pulset̄: donec paratus sit. Ablutis ꝯo manibus. prior nolā refe

ctorij pulset: ⁊ tūc fratres in grediant᷑: q̄bus ingressis di cat benedicite q̄ dicit versicu los:⁊ conuent᷒ prosequatur benedictionē. Seruitores āt incipiāt ab inferiorib᷒ vsq̄ ad mēsam prioris ascēdētes. ¶Nullus fratrū p̄sentiū a pri ma mēsa remaneat p̄ter frui tores. ⁊ custodes: nisi de licē tia. Quotquot aūt remanse rint comedāt in scd̄a mēsa: itaq̄ tertiā facere nō opor teat. Nulla fiat pitātia. Frui torib᷒ vel ministris. q̄ nō fit cōuētui: nisi sint ifirmi vł̄ mi nuti. Frat̄ nō mittat fratri pitātiā: excepto priore: sed si bi datā. dare pōt a dextris: ⁊ a sinistris. ¶Priores comedāt in refectorio. ⁊ abarijs cōuē tus sint cōtēti. Similiter ⁊ in firmarij: ⁊ receptores hospi tū. ⁊ alij fratres: nisi cū aliq̄ b᷒ prior dispēsauerit ob ali quā causam: ut extra cōuen tū aliq̄ñ comedāt. Pulmen ta nr̄a sint vbiq̄ sine carni bus in nr̄is cōuentibus: pre terq̄ in infirmarijs fratrib᷒ aūt nr̄is ne sint hospitibus honerosi: pulmēta cocta cū carnibus comedere liceat ex tra claustrū. Fr̄es nostri tā priores q̄z alij in locis vbi cō uentū habuerimus nisi cum ep̄o vel in domibus religio sorum: ⁊ hoc raro: extra clau strū comedere nō p̄sumant. Singulis diebus si fieri pōt: duo pulmēta cocta habeāt. ¶Poterit aūt prior supadere. prout opus esse iudicauerit: et facultas permiserit. Si q̄s iuxta se sedēti viderit aliq̄d deesse de cōmuni: requirat a seruitore. Si quis de seruito rib᷒: vel comedētibus seruiē do vel comedēdo. in aliquo offenderit. surgētib᷒ fratri bus veniam petat: ⁊ facto si gno a plato reddeat ad locū suū.

De collatione vj. ca.

Tempe ieiunij. hora cō petēti. sacrista ad colla tionē signū faciat: postea ci balū refectorari᷒ pulset. Dei de fratribus veniētibus i re fectoriū. legat lector p̄misso iube domne et sequatur be nedictio. ¶Noctē quietā et fi nē pfectū tribuat nobis op̄s et misericors dn̄s. Infra le ctionē vero poterit bibere fa cto signo a plato. ⁊ dicto bn̄ dicite a lectore. dataq̄z bn̄di ctiōe. ab ebdōario largitor oī um bonor̄ bn̄dicat potū ser uor̄ suor̄. finita lectione. di cat qui p̄est. adiutoriū nr̄m i

nole dni. 7c. et tūc cū silentio fratres intrēt ecclesiam. Qui cunqȝ bibere voluerit extra horā: licētiā petat a plato: et vnum sociū accipiat.

De infirmis. vij. caplm.

Circa infirmos, caueat ne sit negligens plat⁹. Sic eni procurādi sunt infirmi, vt citi⁹ releuētur sicut dicit pr̄ noster augustin⁹. Poterint aūt quidā vesci carnibus put eoꝝ grauior exigit infirmitas: s̄m q prelato visū fuerit. In locis vero vbi cōuentū hēmus extra domū nostrā fratres nr̄i nō comedant carnes. Si qs autē talē infirmitatē habuerit. q nec eū multū debilitet nec comedēdi turbet apetitū: talis nec sup culcitrā iaceat. nec ieiunia cōsuetudinaria frangat nec cibos refectorij mutet. In domib⁹ nostris nō sint nisi duo loca: in quib⁹ comedant debiles vel infirmi, vn⁹ carniū, et alius ciboꝝ alioꝝ nisi sit euidēs necessitas. vrgēs infirmitas. Silr̄ nec alij fratres comedant nisi in cōi refectorio: vel in domo hospitū. Si aūt priores infirmari cōtigerit. in infirmaria cū alijs pcurent. Fratres vo leprosi. infra septa sui cōuentus seorsū ab alijs procurētur. Qd si artitudo illi⁹ loci vel alia causa legitima nō pmiserit per priorē prouincialē ad conuentū aliū nr̄i ordinis transferantur.

De minutione. viij. cap.

Minutio quater in āno fiat. prima in mense septēbris. scda post natale. tercia post pascha. quarta circa festū sctī ioannis bbē. Pręter has minutiones. nullus audeat sibi minuere: nisi discretio poris. pter aliquā causam. iudicaūt aliī alicui esse faciendū. Minuti uo ex refectoriū cū silētio comedant: vbi eomode potit obsuari. et s̄m qd facultas dom⁹ permisit: comodi⁹ pcurentur. Causa vo minutōis carnes nō comedāt.

De lectis. ix. ca

Sup culcitras non dormiant frēs nr̄i: nisi forte stramen vel aliqd tale sup qd dormiāt hēre nō possit. Sup stramina 7 laneos saccones dormire licebit. ex domū autē ia cere poterūt sicut fuerit eis stratrum: ne hospites molestent. Qui aūt culcitras pecierint. ieiunēt vna die i pane 7 aq. Cū tunica 7

caligis dicti dormiāt fratres nr̄i. Excepto magro ordinis nullus q̄ in communi tolerare possit hēat locū spālē ad iacendū: nisi propter rerum custodiā. Lectoribus tamē: scdm discrecionē prioru pui deatur. De vestitu .x.ca.

Uestes laneas nō attonsas vbi seruari poterit deferāt frēs nr̄i. Ubi vō hua ri nō potuerit: vtāt vilibus. Ut poti⁹ vilitas i capis obseruetur lineis nō vtāt ad carnes nec etiā infirmi. Sz 7 linteamina i infirmarijs nr̄is penit⁹ nō hēant. Nullus habeat plures tunicas q̄z tres cū pellicio in hyeme quod sem per tunica coopertū deferat. vl' q̄ttuor sine pillicio. Pellicceis siluestribus. 7 coopertorijs q̄rūcūq₃ pelliū fratres nr̄i nō vtātur nec in infirmaria. Nec tū vtant ibidē coopertorijs pelliū siluestrū. Tunice circa cauillā pedū scapularia circa coopertura genuū sufficit ut descēdant. Capa vō breuior sit tunica 7 etiā pellicium. Calligas 7 soccos hēbimus. ut necesse fuerit 7 facultas pmiserit. Ocreas nō hēbimus: nec cirotecas. Bote ex̄ septā mōasterij nō portēt. De rasura.xj.cap.

Rasura sit sup⁹ nō modica ut religiosos decet sic vt iētr ipam 7 aures non sint plus q̄z tres digiti Tōsura āq₃ fiat desup aures. Rasura vero fiat a pascha vsq₃ ad festū oim sctōꝝ de qndena in q̄ndenā: deinde aūt semel in trib⁹ septimanis: ita tū q̄ ppt' festa solēnia p dies aliq̄s possit pueniri vl' etiā retardari. De silētio.xij.ca.

Silētiū teneant frēs nr̄i in claustro. in dormitorio i cell' i refectorio 7 oratorio frz. nisi forte silēt aliq̄d loq̄nt' nō tū ozone pfecta. Alibi ūo loq̄ poterūt de licēcia spāli. Oēs frēs nr̄i vbiq₃ int⁹ et ex̄ i mēsa silētiū teneant tā pores q̄z alij: excepto vno q̄ maior fuerit int' cos vl' alio cui p se loq̄ comiserit: 7 tūc ipe taceat exceptis magris in theologia. Prior tū pūētualis possit licēciare vnū de comedētib⁹ secū ad loquēdū si vero plures priores pūētuales simul comedere continge rit: prior cōuentus antiquioris loquat'. 7 vni loquēdi licētiā dare possit. Nullus āt aliorū ibidē loquat' nisi tm̄ de necessarijs mense 7 hoc p

vnicã orõnẽ breuiť. ⁊ sũmis-
se: nisi de licẽtia epoꝝ. seu eti-
ctoꝝ aut maioꝝ his. seu etiã
regũ. seu etiã magr̃i ordinis
⁊ ministri generalis fratrũ mi-
norũ cũ nos cõtigerit cũ eis
comedere. Prior tñ puĩcia-
lis absente magr̃o ordis fra-
trib⁹ secũ comedẽtibus l sua
dũtaxat puĩcia possit dare
licẽtiã loquẽdi: i alia aũt p-
uĩcia tñ vni. Si qs aũt hoc
silentiũ fregerit ex pposito:
vl' licẽtiã loquẽdi dederit: in
vno prãdio aquam bibat: ⁊
vnã disciplinã corã olbus in
cap'lo accipiat: exceptis infir-
mis decubẽtib⁹: ⁊ in hoc nõ
dispẽsef nisi p magr̃z ordis.
vl' p porẽ puĩcialẽ. ⁊ hoc ra-
re et ex rõnabili cã. Infirmi
vero nõ decũbẽtes: a prãdio
vsq; ad vs silentium teneãt.
Similiť ⁊ p⁹ signũ qd fit p⁹
ppl'. Aminutis vero p⁹ pri-
mã die sue minutiõis idẽ si-
miľr obſuef. Frẽs de silẽtio
in cap'lo se acusent sicut ⁊ de
alijs culpis: ⁊ prioꝝ ar bitrio
puniant. Si qs aũt inť duo
cap'la septies silẽtũ fregerit:
in vno prãdio sedeat i terra.

De recipiẽdis. xiij. cap.

Ad qlibet conuẽtu tres
idonei frẽs eligantur de
cõmuni ꝯsilio capl'i. q recipi-
endos in moribus ⁊ scia dili-
gẽter examinẽt. ⁊ examinatio
nẽ pori ⁊ cap'lo referãt: eorũ
iudicio an recepi debeãt reli-
quẽtes. Qui dũ adducti fue-
rint in cap'lm: prosternant
se in medio. Interrogati vo
a plato qd q̃rãt: rñdeat mi-
sericordiã dei ⁊ vestrã. Qui
b⁹ ad iussum plati erectis: ex-
ponat eis austeritatẽ ordinis
volũtatẽ eoꝝ reqrẽs. Qui si
respõdeant se velle cũcta ser-
uare: dicat post cetera. dñs q
lecepit ipe pficiat. ⁊ cõuẽctus
rñat. Amẽ. Tũc depositis se-
cularib⁹ vestib⁹ ⁊ religiosis
indutis: in nr̃az societatẽ i ca-
pitulo recipiat. Verũtñ añ
q; stabilitatẽ ⁊ cõmunẽ vitã
pmittãt ⁊ obedientiã plato
⁊ sucessorib⁹ suis faciãt: tps
pbationis eis assignef ut et
ipi austeritates ordinis ⁊ fra-
tres mores experiautur coꝝ.
Nullus recipiat nisi sit req-
sit⁹. an sit cõiugat⁹. an suus
an rõcuis obligat⁹. an alte-
ri⁹ pfessiõis. vl' ocultã hẽat
infirmitatẽ. Null⁹ recipiaf
in frẽz clicũ ad pbationẽ vl'
pfessionẽ nisi a priore puĩ-
ciali vl' ab eo cui sup hoc de-
derit licẽtiã spãlẽ vl' a priore

conuentuali cum consensu totius vel maioris partis capituli. Cōuersū aūt non recipiat pꝛioꝛ ꝓuincialis nec aliq̄s de licēcia ei⁹: nisi de assensu pꝛioꝛis ⁊ duaꝝ ꝑtiū fratrū qui sūt de cōuētu pro q̄ fuerit induēd⁹ nec recept⁹ fiat clericus nisi de licētia magrī ordinis spāli nec conuentus aliq̄s cōuersum recipiat sine licētia pꝛioꝛis ꝓuincialis: nullus recipiat̄ infra decē ⁊ octo ānos. Nullus religiosus profess⁹ cuiuscūq; ordīs mēdicātis recipiat̄ ad nr̄m ordinē sine licētia magistri ordinis speciali vł capl̄i gn̄alis nec q̄cunq; illigitime natus nisi de pꝛioꝛis ꝓuincialis licētia spāli. Si uō illigitime nat⁹ ad ordinē recept⁹ fuerit ⁊ dispensatū fuerit cū eodē q̄ possit fieri pꝛioꝛ nō ꝓpt̄ hoc fiat diffinitoꝛ generalis aut ꝓuincialis capituli nec predicatoꝛ gn̄alis nec electoꝛ magr̄i ordinis absq; mgr̄i ordinis licētia spāli. Prohibem⁹ aūt ne aliq̄s de cetero aliquā mulierē tōdeat vł indu at vł ad ꝓfessionē recipiat.

De nouicijs ⁊ eorum instructione. xiiij. capi.

Prioꝛ nouicijs magrm diligētē in instructione eoꝝ ꝑponat q̄ eos de ordie doceat ⁊ in ecclīa excitet ⁊ vbicūq; se negligēter habuerit v̄bo vel signo quantū poterit eos studeat emēdare necessaria prout pōt deb; eis procurare, de aptis negligentijs cū añ eū peteritveniā pmlaz dare vel eos ī suo capl̄o proclamare. Humilitatē cordis ⁊ corpoꝛis doceat eos hēre iuxta illud. Discite a me q2 mitis sum et humilis corde. Frequent̄ pure ⁊ discrete doceat eos cōfiteri sine proprio viuere ꝓpriā volūtatē desere ꝓ volūtate ꝑlati sui obediētiā in oib⁹ volūtariā obꝯuare q̄mō vbiq; ⁊ in oib⁹ sese hēre debeāt ipos deb; instruere ⁊ q̄ locū vbi positi fuerint vbiq; teneāt. quo mō sibi aliq̄d dāti vł auferēti male vel bene dicēti inclinare debēt. q̄liter ad cameras se ꝯtineāt vt oculos sublimes nō hēant. Quomodo vł q̄d orēt ⁊ q̄z silēter ut alijs rugitū nō faciant q̄mō veniā ī capitulo ⁊ vbicūq; rephēsi fuerint a ꝑlato sit faciēda ⁊ q̄ si q̄s fratrē suū aliq̄ modo scādalizauerit tā diu añ pedes ei⁹ prostrat⁹ iaceat quousq; placa-

tus erigat ipm. Instruendi
sunt etiā nouicij ut cū nemi
ne ꝯtēdere ꝑsumāt. ⁊ ꝙ i ol-
b⁹ magr̄o suo obediāt: et in
ꝓcessiōe sociū sibi colatera-
lē attēdāt: nec loquant̄ locis
⁊ tēporibus interdictis. Ne
minē penit⁹ iudicēt: sꝫ si aliq̄
ab vllo fieri viderit. licet ma
la videant̄ bona suspicent̄:
vl̄ bona intētiōe facta. Sepe
eni humanū fallit̄ iudiciū.
Et ꝙ nō loq̄nt̄ de absente:
nisi q̄ bona sūt. Disciplinas
frequent̄ suscipiāt. cū duab⁹
manib⁹ bibāt ⁊ sedēdo. Di-
ligent̄ libros ⁊ vestes ⁊ res a-
lias mōasterij custodiāt. Et
ꝙ si q̄d petitū fuerit ad vno
priore nō petatur ab alio. nisi
causa exposita sꝫ nec si a ma-
iore petitū fuerit ⁊ negaue-
rit: vadāt ad minorē. Itē ꝓ-
fessiōes nouicioꝝ anͣ ꝓfessio
nē recipiantur: et diligent̄ de
mō ꝓfessiōis. ⁊ in alijs istruā
tur. Itē nouicij anͣ ꝓfessio-
nē de debitis se expediant. ⁊
oīa alia ad pedes prioris po-
nāt. ut se ex toto absoluant.
Similit̄ oēs fratres singulis
annis. semel oīa sibi ꝯmissa
prioribus suis exponāt pari-
ter ⁊ exhibeāt coꝝ dispositio
ni relinquēdo. Quicūqꝫ vero

fr̄ pecuniā vel alia q̄cūqꝫ re-
cepit. vel habuerit. vel expen
derit vl̄ dispensauerit. vl̄ dis
pēsari fecerit: reddat singlis
ānis suis maioribus rōnē se
mel vel pluries. si fuerit req̄-
situs. videlꝫ magr̄ ordis diffi
nitorib⁹ capituli gn̄alis. prior
ꝓuincial̄ diffinitoribus capl̄i
ꝓuincial̄. prior ꝯuētual̄. prior ꝓ
uinciali l̄ visitatori: cet̄i frēs po
ri ꝯuētuali. Itē nouicij īfra
tp̄s probatiōis sue. i psalmo
dia ⁊ officio diuino studeāt
diligent̄. Itē infra annū ad
lōginquas ꝑtes. nisi ob cau-
sam necessariā nō mittātur:
nec in aliq̄ officio occupent̄
nec vestes coꝝ anͣ ꝓfessionē
alienent̄: nec ipi anͣ ꝓfessio-
nē ordinent̄. Itē nouicij nō
intersint capitulo nec dormi
torio cū alijs fratrib⁹ iaceāt
vbi hoc comode poterit ob
seruari: sꝫ magr̄ coꝝ ex̄ capitu
lū culpas coꝝ audiat. ⁊ ipos
diligent̄ q̄ꝫtu pōt in morib⁹
instruat: ⁊ charitatiue corri-
piat. De ꝓfessiōe. xv. cap.

Mod⁹ faciēdi professio-
nē talis ē Ego. N. fa-
cio ꝓfessionē ⁊ ꝓmitto obe
dientiā deo ⁊ beate marie ⁊
beato dominico ⁊ tibi. N.
magistro ordinis fratrū pre

dicatoꝝ ⁊ successorib⁹ tuis. scđm regulā beati augustini ⁊ institutiones ordis fratrū predicatoꝝ ꝙ ero obediens tibi. tuisqȝ successorib⁹ vsqȝ ad mortē. Cū aūt fit alij priori cuicunqȝ. sic facienda est Ego. N. facio professionē ⁊ promitto obediētiam deo ⁊ beate marie. ⁊ btō dñico. ⁊ tibi. N. priori talis loci vice. N. magistri ordinis predicatoꝝ. ⁊ successoꝝ eius. ſm regulā btī augustini ⁊ institutiōes ordinis fratrū p̄dicatorū ꝙ ero obediēs tibi. tuisqȝ successoribus vsqȝ ad mortē. Nouicioꝝ autē vestes in eorū ꝓfessione bñdicātur hoc mō. Unde nobis dñe ĩmlam tuā: ⁊ salutar tuū ⁊c. Dñs vobci. ⁊c. Orem⁹. Dñe iesu xp̄e q̄ tegimē nr̄e mortalitatis induere dignat⁹ es: obsecramus īmēse largitatis tue abundātiā ut hoc genus vestimentorū: ꝙ scti p̄res ad innocētie ⁊ sctitatis indiciū ferre sanxerūt: ita bñdicere digneris. ✠. ut q̄ hoc vsus fuerit te induere mereat̄. Jesuȝ xp̄m dñm nr̄m. Postmodū asꝑgat̄ aq̄ bñdicta. De leui clpa. xvj. c.

Leuis culpa est. si quis mox ut signū factū fuerit. nō relictis oībus. cū matura festinatione differat se preparare. ut ad eccl̄iam ordinate. ⁊ cōposite q̄n debuerit veniat. Si quis ad gloriā primi psalmi nō affuerit. Si quis in choro male legendo vel cātādo offendēs: nō statim se corā oībus humiliauerit. Si quis diuino nō ītēt⁹ officio: vagis oculis ⁊ motu irreligioso. leuitatē mētis ostēderit. Si q̄s ī eccl̄a vl' ī dormitorio vl' ī cell' aliq̄d īgetudis fecerit. si q̄s ī choro ridet: vl' alios ridere fecerit. Si q̄s lectionē statuto tēpore non preuiderit. si quis aliud cātare vl' legere p̄sumpserit. q̄ȝ ꝙ communis vsus approbat. Itē leuis culpa est. Si q̄s ad p̄dicationē vadēs occiosa locutus fuerit vel egerit: si dissolute ridens cathinis. vl' ludis dictis. vel factis. alios ad ridēdū ꝯcitauit. si oculos vagos ꝑ plateas vl' villas eūdo ad vanitates freq̄nt̄ direxerit. si q̄s ī vigilia ānūciatiōis ⁊ natiuitatis dñi ī p̄ncipio capl'i ꝑ negligētiā nō afuerit. ut ꝓnūciatis redēptiōis nr̄e exordijs corde ⁊ corpe grās agat deo redēptori nr̄o. Si q̄s de via veniēs. eadē hora si fieri pōt

bñoez accipere neglexerit: vł
absqz ea. pl⁹ vna nocte mo-
ratur⁹ fuerit. Si q̇s ad lecti
ones dormierit. si quis tp̄ori
b⁹ statutis cū alijs lectionez
auditur⁹ nō affuerit. si quis
libros int̃dictos legerit. Itē
leuis culpa ē: si quis ecc̃ie vł
altaris ornamēta negligent̃
tractauit. Si idumētavł alia
f̃ri data vł ꝯcessa. sine ipi⁹ licē
tia ꝑ se ali⁹ accepit. Si q̇s ve
stes suas aut li. loco statuto
honeste nō deposuerit: vł ne
gligent̃ tractauerit. Si quis
aliquod vtēsiliū fregerit vel
ꝑdiderit. Si quis cibi vel po
tus aliq̇d. effuderit. Si liber
ī q̊ legēdū ē cuiuscq̄z neglect⁹
defuerit. Si quis dixerit ali-
quid vñ offendātur f̃rēs vel
egerit. Si quis potū vł cibū
absqz bñone sumpserit. Si
quis ī cōuētu hora q̄ debue-
rit venire distulerit. Si quis
ad capl̃m vł collationē non
venerit. vł cōi refectiōi non
inter fuerit. si q̇s cōe māda-
tū dimisit. Si quis clamans
in clamatiōe ꝯ̄ fecerit. Si q̇s
eū a q̊ ꝓclamatus fuerit. ea
dē die q̄ vindicādo clamare
ꝑsūpsit. Si q̇s cū iuramēto
ut in loquēdo fieri solet ali-
quid negauerit vł affirmaue
rit. Si q̇s clamās ī clamatio
ne sua iurgiū fecerit. Si q̇s
turpē sermōem vł vaniloq̄ū
dixerit. l. q̊d graui⁹ ē in vsu
hūerit. Si q̇s eoꝝ qui ī offici
js deputati sunt. ī aliq̄ negli-
gēs rep̄t⁹ fuerit: ut sūt prio-
res ī ꝯuētu custodiendo ma
gr̃i in docēdo. studētes ī stu-
dēdo. scriptores in scribēdo.
cātores ī officijs suis. ꝓcura
tores in exteriorib⁹ ꝓcuran
dis. vestiari⁹ ī vestib⁹ ꝓuidē
dis 7 custodiēdis. 7 reficiēdis
infirmoꝝ custos ī ifirmis cu
studiēdis. 7 ꝓcurādis: 7 mor
tuis necessaria ministrādis:
7 ceteri ī officijs suis. ut iniū-
ctū ē eis. Clamatis vł ꝓcla-
mātib⁹ se d̃ supradictis 7 ve
niā petētib⁹ det̃ pnia: s̄m q̄
ꝑlato videbit̃ expedire.

De graui culpa. xvij. ca.

GRauis culpa ē. si quis
inhōeste ī audētia secla
riū cū aliquo ꝯtenderit. si f̃r
cū f̃re int⁹ vel ex̄ lites hūerit.
Si q̇s alicui f̃rm obprobriū
dixerit. Si quis mendaciū de
industria dixisse deprehēsus
fuerit. Si quis silētiū non te
nere ꝯsuetudinē duxerit. Si
q̇s clamās culpā suā vel alte
ri⁹ defenderit. Si q̇s clamās
in clamatiōe sua iurgiū fece

rit. Si qs in illū a q̄ clamat⁹ ē. vł in quelib3 aliū maledicta seu verba inordinata et ireligiosa maliciose inuenire deprehēsus fuerit. Si quis fr̄i pteritā culpā improperauerit pro q̄ satisfecerit. Itē grauis culpa ē si quis mala de frib⁹ vel de domib⁹ suis maliciose euomuerit. q̄ testimonio frz suor̄ pbare nequerit. Si qs absq3 licētia. 7 magna necessitate equitauerit. vel carnes comederit: vł etiā in via pecuniā portauerit vł portare pcurauerit. Si quis pcedens vbi femine sūt oculū fixerit. si tū hoc in vsu hūerit: vel cū femina sol⁹. nō de cōfessioni b⁹ vel honestis locutus fuerit. Si qs litteras alicui mīsit vel sibi missas legerit qs p̄sidēti suo p̄mit⁹ nō exhibuerit magris in theologia inq̄sitorib⁹ 7 p̄dicatorib⁹ gñalibus dūtaxat exceptis. Si qs ieiunia ab ecclia instituta fregerit sine cā 7 licentia. Pro hui⁹ culpis 7 his similibus. veniā petētibus 7 nō proclamatis. tres correctiōes i cap. dent̄. 7 tres dies i pane 7 aq̄ ieiunēt. Clamatis vero vna dies 7 vna correctio supaddatur. Preter h̄ aūt psalmi 7 venie fm̄ q̄ discretioni rectoris visum fuerit p q̄litatē culparū iniūgant̄. Eadē pena digni sūt. qui postq̄ missi fuerint. sine licētia redire p̄sūpserit. vel vltra terminū sibi assignatū morā fecerint: vel si quis p uictu vel vestitu. vel pro q̄lib3 alia re: murmurauit. Caueat aūt q̄lib3 fr̄ ne pclamet aliquē i caplo de crimine etiā de auditu: nisi ip̄m crimē possit probare. Nō si accusatus negauerit. 7 accusans in pbatiōe defecerit: accusans pena accusato debita puniat̄ (vł fm̄ exigētiā culpe grauī⁹ puniat̄) Ne āt vicia occultentur: plato suo denūciet. qd̄ vidit vel audiuit.

De grauiori culpa xviij. cap.

Grauior culpa ē: si quis p contumaciā. vł manifestā rebellionē inobediēs p̄lato suo extiterit: vel cū eo int⁹ vel foris pterue cōtēdere ausus fuerit. Si quis percussor fuerit. si quis crimen capitale commiserit. Si quis pcurauerit q̄ ipse vel alius eximatur a p̄tāte p̄lati sui. Si quis rē collatā sibi receperit. de his q̄ prohibēt̄ recipi. Si quis rē sibi collactā celauerit: quē btūs

augustinus furti iudicio. dixit esse códenádú. Si fuerit proclamat⁹ ꝛ cóuictus. sponte surgat ꝛ veniá petés. sceleris sui imanitaté lamétabiliter proferat: et denudat⁹ ut dignaȝ accipiat suis meritis sniam. vapulet q̃ztú placuerit prelato: et sit oím nouissimus in cóuétu. ut qui culpá ppetrando nó erubuit men brú diaboli fieri: ad tps ut resipiscat. sequestret a cósortio ouiú xpi. In refectorio quoq3 ad cóem mésaȝ cú ceteris non sedebit. sed in medio refectorij sup nudá terram comedat: et prouidebit ei seorsum. panis grossior et potus aq̃. nisi plat⁹ ei aliq̃d p misericordiá impendat. Nec reliquie prádij sui cúm alijs admisceant. ut agnoscat se ita sequestratú a cósortio aliorꝫ q pni uet. nisi p pniám reddeat cósortijs angelorꝫ. Ad canonicas horas ꝛ ad gratias post comestioné añ ostiú ecclesie. tráseútibus fratribus prostratus iaceat: dú intrát ꝛ exeunt. Nullus ůo audeat se cóiúgere illi: vel aliq̃d mádare. Prelatus tñ ne in desperationé labi possit: mittat ad eum q̃ in graviori culpa est seniores q̃ cómoneát euȝ ad pniam: puocét ad paciétiá: foueát per cópassioné: hortent ad satisfacioné admuét per suá intercessioné. Si viderint i eo humilitaté cordis quibus etiá suffraget totus cóuétus: nec renuat plat⁹ cú eo facere mi⁹ericordiá. Et si videt ei denuo vapulet ad pedes singulorꝫ primo p̃lati deinde vtriusq3 lateris sessorꝫ. Talis q̃zdiu erit in hac pnia nó cómunicet: nec veniat ad osculú pacis. Si predicator é officiú pdicatóis nó exerceat. Nó notetur ad aliqó officiú in ecctia. nec vlla ei cómittant obediétia: nec vocé héat. nisi in sua accusatióe aut te plenariá satisfactioné. nisi p magrm ordinis vel diffinitores capli gnalis vel prouincialis fuerit restitut⁹. Si fuerit sacerdos vel diaconus his officijs nó fungat: nisi postmoduȝ ita religiose cóuersatus fuerit. Si qs aút q deus auertat in pctm carnis lapsus fuerit: aut furtuȝ ꝯmiserit q sit notabile iudicio discretorꝫ vel lras magri ordis vel porꝫ prouicialiú seu sigilla eorꝫ falsificaút vl falsificatis scient vsus fuerit aut

in platū suuz man⁹ iniecerit temere violētes aut quēcunqz letaliť seu grauiter ⁊ attrociter pcusserit aut īfra septa monasterij supra se arma in uasiua indebite portare presumpsit aut aliqd predictoruz fieri fecerit carcerali custodie mācipeť. Si quis alteri fratri ordinis vel ipsi ordini crimē falsum imposuerit ꝓpter qd crimen ſm nr̄arū seriē ꝯstitutionū frať aliqs carcerez mēreť aut crimina q̄cunqz h⁹i fratrū secularibus ꝑsonis ex obedietiā nr̄i ordis constitutis reuelauerit vñ ordini vel fratri infamia seu danna fuerit subsecuta mō consimili carceri mancipeť ⁊ volumus q h⁹i ordis destructores non possint nisi per magr̄m ordinis vel capitulū gñale liberari. Idem dicimus de fratrib⁹ q̄ inuēti fuerit ad tapillos lusisse aut in sniam excōmunicationis a quocūqz iudice nr̄i ordinis rite latā scīēter icidisse quos etiam pene carceris volum⁹ subiacere. Si qs tale ꝓ extra monasteriū cōmiserit. frater q̄ cū eo est estudeat excessum eius quā citius corrigēdum. plato itimare. Correct⁹ aūt ad locū in quo tale qd cōmiſit vlterius non reddeat: nisi ita religiose fuerit ꝯuersat⁹: qđ per diffinitores gñalis vł ꝓuincialis capłi illuc reuersurus iudiceť. Si uo h⁹i peccatū occultū fuerit: disqsitione secreta. ſm tps ⁊ ꝑsonam cōdignā agat pniam. Si qs aūt peccauerit ⁊ ꝯfiteri voluerit socio suo illud alias cognoscēti: frať ꝯfessionē ei⁹ nō recipiat. nisi tali ꝯditione vt cū oportunitas fuerit. ipsuz possit proclamare. Si quis āt de mala familiaritate notabiliť suspect⁹ fuerit ⁊ post admonitionē a plato de cōsilio discretoꝝ fratrum corā eisdē pluries sibi factā se nō correxisse fuerit deꝓhēsus. ꝑcipiať ei i uitute scīē obedientie ꝑ platū suū corā illis corā qb⁹ monitus fuerat si ꝓsentes fuerint vel corā alijs discretis de cōsilio eorūdē: vt a tali familiaritate d̄sistat. Q̄ͦ si tale p̄ceptum transgressus fuerit postq̄ȝ de hoc ligitime ꝯfiterit tanq̄ȝ reus ⁊ ꝯuict⁹ de suspecto crimine hēatur. Si qui per cōspirationē vel cōiurationē vel per malicio sam concordiam aduersus priores vel platos suos ma-

nifeste se excesserit: supradicto mõ peniteát. 7 de cetero ĩ oĩ vita sua, extremũ locũ sui ordinis teneát: 7 vocẽ in caplo nisi in sua accusatióe nõ habeát nec eis aliq̃ obedientia iniugat̃: nisi per magr̃m ordinis. vl' diffinitores capli generalis vl' puĩcialis fuerint restituti. Si qui tñ frẽs non maliciose s; ĩ ůitate aduers⁹ platũ aliq̃d habuerit. q̃d tol lerari non debeat: nec deceat pus cũ inter se cũ ol humilitate 7 charitate. de sua correctione ámoneánt. Q̃d si fre quẽter ámonitus. se corrige re neglexerit aut cõtẽpserit: priori prouinciali significẽt. vel visitatoribꝰ ut cũ ad eádẽ domũ visitandá venerint causa máifeste iudicet̃. 7 diffinitoribꝰ generalis vel pui cialis capli significẽt̃. Aliter platos suos subditi infamare non presumant.

De grauissima culpa.xix.ca

Grauissima culpa ẽ incorrigibilitas illiꝰ. qui nec culpas timet admittere. 7 penas recusat ferre. Talis de ꝯsilio discretoꝝ carcerali custodie mácipet̃ 7 ibidẽ fm exigentiá culpaꝝ iuxta discretionẽ plati, ieiunys 7 abstineãtys puniat̃ vel fm regulam pris nři btí augustini. si magis expediẽs videat̃. exutus bitu ordinis. de nřo ordie expellat̃: si tñ vsq; ad illá horá sani capitis et integri sensus extiterit. Si etiá aliq̃ fũt qui iudicio discretoꝝ in cõi sine graui piculo vl' scádalo tolerari. nõ possunt. in carcere similit̃ recludant̃: 7 ibidẽ fm exigẽná culparũ. 7 fm discretionẽ plati puniantur.

De apostatis.xx.capi.

Quicũq; apostataueit ipso facto sit excomunicatꝰ: quá snĩam ex nunc ferimus p̃senti statuto. Si vero misertus sui reddierit. depositis vestibus in claustro. nudus cũ ṽgis i capitulũ veniet: 7 pstratꝰ culpá suá dicet: 7 humiliatus veniá petet. 7 q̃zdiu platosuo placuerit. pene grauioris culpe subiacebit: 7 in caplo nudũ se p̃sentabit semel in singulis septimanis. Infra hoc tp̃s penitẽtie vbiq; in cõuẽtu nouissimꝰ erit 7 duobꝰ diebꝰ i q̃libet septimana p ánũ ieiunabit ĩ pane 7 aq̃. Et paracta pnia ad porẽ locũ nunq̃z redeat nisi p diffinitores g̃nalis vel puĩcialis capituli cũ

eo fuerit dispēsatū q̄ dispēsa tio nō fiat p eosdē aute tres ānos ad min⁹: ita tñ q āni qbus fuit in apostasia nō cō putent ei q̄ ad locū: sz sit sub oib⁹ illis. q habēt plures an nos in ordine q̄ ipe habuerit qn̄ exiuit. Qō si scdo fugerit ⁊ iterum redierit supra dicto mō peniteat ⁊ pōni an no. scdō ān⁹ addat: si tertio tertius. si qrto quart⁹. Oib⁹ tñ fratribus p h⁹ penitētib⁹ hūilit̄ in caplo deþcātib⁹ platus cū eoꝝ pniam pspexerit. eis indulgere vel remitte re poterit: ꝼm q discretioni sue visum fuerit vel placitū. Apostate vni⁹ puēt⁹ nō reci piant̄ a pore alterius cōuent⁹ ad ordinē. in eadē puīcia. sine licētia pōris puīcialis: nec apostate aliarū puīcia rū recipiant̄ in alijs prouincijs. sine licentia magri ordīs ḡnalis. Si quis i apostasia ordinat⁹ fuerit vel p⁹ excōicationē diuina celebrare pſum pſit in ea excusatiōe officij p petuo carebit. nisi forte postea ita religiose cōuſat⁹ fuerit: vt cū eo auctoritate sedis apl̄ice dispēset. Qui vero semel apostatauerit vel de lapsu carnis manifeste puict⁹ fuerit vel carceri finalit̄ ⁊ le gitime fuerit mācipat⁹. de cetero nō predicet nec audiat ꝯfessiones. nec ad aliquā electionē ordinis nec ad aliquē tractatū eorū q̄ mittēda sūt ad ḡnale vel prouīciale capitulū admittat̄: nisi p diffinitores ḡnalis capli vel prouīcialis fuerit restitutus. Que restitutio nō fiat p eosdē ān tres ānos ad minus. ⁊ si fuerit pdicator ḡnalis pdicto officio sit puat⁹. nec possit hre offm̄ priorat⁹ vel subpriora tus vel lectorat⁹ nec possit fieri diffinitor ḡnalis vel prouincialis capli nec pdicator generalis nec elector magri siue magri ordīs licentia ſpāli. Quicunqz lr̄as magri ordis vl̄ prioꝝ prouīcialiū. seu sigilla eorūdē falsificauerit vl̄ eis scienter vsi fuerint: eādē incurrat sniam ipso facto.

Secūda distinctio cōtinet. xv. capitula. scz.

De domibus concedẽdis et construẽdis. j. capitulũ.

magr̄o studētiū videbit̄ sta-
tuatur in q̄ p⁹ prādiū vel ves
peras vel alio etiam tempo-
re ꝓut vacauerit ad dubita-
tiōes vl̄ q̄stiones ꝓponēdas
vel collatiōes faciendas ipso
p̄nte ꝯueniāt ⁊ vno q̄rente
seu ꝓponēte alij taceāt ne lo
quentē impediāt. Si q̄s aūt
in honēste vl̄ ꝯfuse: vel cla-
mose vel ꝓterue q̄rēs vl̄ ꝓ-
ponēs vel respōdens offende
rit: statim ab eo q̄ tunc inter
eos p̄est corripiat̄. Celle q̄-
bus magr̄o studētiū expedi-
re videbit̄: assignent̄. Quod si
aliq̄s infructuosus inueniā-
tur in studio: cella eius detur
alteri ⁊ ip̄e in alijs officijs oc
cupet̄. In cellis ū͒o scribere:
legere: orare: dormire ⁊ etiā
d̄ nocte vigilare ad lumē pos
sunt q̄ voluerint ꝓpt̄ studiū

¶Nullus aũt fiat publicus doctor nec disputet nisi de licencia prioris puincialis ⁊ diffinitorum capli prouincialis. ¶Nec aliquis abilitetur nec assignetur in aliqua vniũsitate ad legẽdum pro forma ⁊ gradu magisterij i theologia nisi p acta capli gñalis. Que abilitatio seu assignatio non fiat de aliq̃ nisi pri⁹ snias legerit ⁊ nisi studẽs parisiẽsis i theologia vl' si frater anglicus fuerit nisi studẽs oxoniẽsis pro scõa forma p ãnũ ad minus studuerit atq; per sue puĩcie prouĩciale capitulũ expositus fuerit. ¶Poterit tñ magr ordinis si aliquẽ talẽ assignatũ legitime impedire ɔtigerit loco eius aliũ deputare: cuius actus valeãt p forma ⁊ gradu magisterij: dum mõ per sequẽs capitulũ gñale fuerint approbati. ¶Nec aliquis magistret in theologia nisi prius actus exercuerit scolasticos pro forma ⁊ gradu dicti magisterij p q̃ttuor ãnos ad minus in aliq̃ vniuersitate. Oppositũ aũt faciens eo ipo sit excõitat⁹ atq; gracijs officijs ⁊ exẽptiõib⁹ perpetuis priuat⁹ nec secũ dispẽsari valeat nisi p caplm gñale. Nullus frm nrorum legat i psalmis.l'. pphetis aliũ sẽsũ lrãlẽ nisi quẽ scti approbãt ⁊ ɔfirmãt. Libri ordis seu frm nõ vẽdant nisi p cũ eorum i alios libros seu scripta ɔũtat. ¶Nulla etiã scripta facta vl' ɔposita a fribus aliq̃tcn⁹ publicẽt nisi p fres pitos q̃b⁹ magri ordis vl' p̃or puĩcial' ɔmiserit diligẽt fuerit examiata.

De ɔũsis.xv.ca

Qodẽ tpe surgãt ɔũsi q̃ alij fres ⁊ eodẽ mõ inclinẽt cũ surrexerit ad matutias dicãt pr nr ⁊ credo i deũ. Qd faciẽdũ ẽ añ p̃mã ⁊ p⁹ ɔpletoriũ. In matutis dcõ pr nr ⁊ credo i deũ erigãt se dicendo. Dñe labia ⁊c. De⁹ i adiutoriũ ⁊c. Glia pri ⁊c. Pro matutis i dieb⁹ pfestis dicãt. xviij. pr nr. ⁊ i fine oim kiriel. Xpe. kirie. pr nr. Quo dicto addãt p dñm nrm ⁊c. deinde Bñdicam⁹ dño ⁊c. In vsis ũo. xiiij. in alijs aũt horis. vij pr nr. dicant. In festis ãt. ix. lec. xl. pr. nr. dicant ⁊ hoc tñ sub silẽtio i ecclia ⁊ vbicũq; fuerit. loco p̃ciosa dicãt tria pr nr. Pro benediciõe mẽse pr nr. gloria patri ⁊c. Post mẽsam pro gratijs tria pr nr Glia patri ⁊c. vl' miserere mei deus q scient. Indumenta

tot habeāt quot et ceteri fratres preter capas loco quarum habeant scapularia longa et lata vsqꝫ ad iūcturam inter pugnū et brachiū q̄ etiā nō sint alba sicut et tunice sed similis coloris capis clericorū Possunt etiam breuia grisei coloris haberē scapularia ad mensurā scapulariū nrorum. De ieiunijs cibis et abstinencijs culpis et alijs oibus sic se hēant sicut et clerici. In labore tamen prelatus poterit dispensare cū eis. Soli non vadāt sed cum socio clerico vel conuerso. Psalteria non habeant nec etiā aliquos alios libellos.

Expliciū constitutiones fratrū ordinis predicatorum.

De ordinatiōibus et admonitionibus factis in capitulo pigniano celebrato. Anno dñi. M.ccc.xxvij.xvj.ca.

Quicūqꝫ in publica p̄dicatione vel cōi locutiōe corā sclarium mltitudie sūmū pōtificē vllo tpe diffamauit vel ipsius processus vel facta vel irreuerentiā notabilē fecerit carcerali custodie mancipetur nec inde liberetur nisi per capitulum gñale et cogatur si cōmode fieri poterit in publico reuocare. Qui aūt in puato postqꝫ per testes legitimos cōstiterit vel iudicialiter cōfessus fuerit pena grauioris culpe puniatur et nisi per puinciale capitulum vel priorē prouincialē de maturo cōsilio discretorum cū eo minime dispēsetur. Idē fiat de falso accusatore vel teste legitime cōuicto vel iudicialiter cōfessato in materia supradicta. Prelati vero q̄ in corrigēdo trāsgressores huius inuenti fuerint negligētes: per gñale vel prouinciale capitulū in penā a suis officijs absoluantur. et preter hoc penis alijs grauius puniātur. Itē quicūqꝫ ī nr̄o ordie inuēti fuerint singularē vitā q̄cūqꝫ mō viciosam ducētes

⁊ cõtra cõmunẽ modũ viuẽdi diu ab ordine approbatuȝ primo admoneãt ⁊ si admoniti correcti nõ fuerint: separent ⁊ in diuersis cõuentib⁹ ponant: ⁊ si in eodẽ ꝑsistant per priorẽ prouincialẽ vel ꝑ prouinciale capłm carcerali custodie mãcipent. Jtẽ q̃cũqȝ crimẽ cõmiserit pro q̃ i seculo pena mortis plecti debe ret in carcerẽ detrudatur penis alijs macerãdus ibidem pl⁹ ⁊ minus ſm delicti ⁊ ꝑsonẽ q̃litatẽ ⁊ circũstãcias alias alleuiãtes vel etiã agrauãtes ⁊ nisi ꝑ capłm gñale non possit ab ipso carcere liberari. Qđ si scđo recidauit: carceri ꝑpetuo mãcipet. Item q̃ ordinatio capłi burdegalẽsis de mutatiõib⁹ frm̃ ſuetur q̃ ẽ ĩfra scripti thenoris. Cũ electiões nr̃e maxime libere esse debẽt ⁊ oĩ nota coactionis carere: districte iniungim⁹ ꝑoribus ꝓuincialibus ⁊ quibuscũqȝ vicarijs q̃ infra mẽsem ante electiões q̃scũqȝ nouas assignatiões ⁊ mutatiões frm̃ nõ faciãt in ꝯuẽtib⁹: in quib⁹ h⁹i electiões fuerint celebrãde nisi ꝓ officio lectorie vel ꝑorat⁹ vel ꝓ graui scãdalo euitãdo vel nisi in prouinciali caplo ⁊ i loco ipsius prouicial' capłi sicut ẽ in quibusdã ꝓuincijs ꝯsuetũ. Qđ si cõtrariũ factũ fuerit h⁹i assignatiões seu matationes q̃ ad ꝑuationẽ vocis in ꝯuẽtu de q̃ fuerint iste mutatiões ⁊ quo ad ipsam vocẽ in ꝯuẽtu in quo fuerit assignationes h⁹i suũ nõ sorciãtur effectũ. Prouiciales ṽo qui in hoc inuẽti fuerint excessisse ꝑ magr̃z ordĩs vł' diffinitores gñalis capłi cũ hoc legitime ꝯstiterit a suis officijs ⁊ penã absoluant. Vicarij ãt oĩ officio ordĩs vsqȝ ad tres ãnos sint ꝑuati nec frẽs possint ꝑuari vocib⁹ eodẽ tpe: nisi ob causas i caplo de ꝑuiori culpa cõtẽtas. Itẽ ordinamus ⁊ districte ꝓhibem⁹ ne fiat aliq̃s ꝑdicator gñalis nisi matur⁹ et discretus ⁊ sufficiẽtis l'rature ⁊ q̃ cõuenientẽ sciat ꝓponere ṽbũ dei ⁊ idone⁹ sit ad negocia ordinis ꝑtractãda nec nũeꝝ ꝯuentuũ ꝓuiciaꝝ excedãt ⁊ nõ fiãt aliqui in aliq̃ ꝓuincia habẽtẽ numerũ excessiuũ donec ad dictũ nũeꝝ sint redacti magistris in theologia ⁊ illis dũtaxat exceptis q̃ rõnẽ antiq̃tatis vel infirmitatis ad capła

prouincialia venire nō pos-
sunt. Itē q͛ arceātur prio-
res qui male cōbināt fratres
⁊ q͛ saltē vna pars copule sit
clare fame ⁊ sufficientis eta
tis ⁊ q͛ saltē vnus ipoꝝ sit ꝺ
lingua patrie vbi hoc como
de poterit obseruari. Itē q͛
q̄n fratres recedūt de capitu
lis per superiores cōbinētur
ne vagādo discurrant sed di
recte ad suos vadāt cōuent⁹
Sciant omnes fratres ordi
nis nr̄i q͛ omnes ordinati-
ones p̄dicte vim cōstitutio-
nū nostrarū habent auctori
tate dn̄i nr̄i sūmi pōtificis nō
obstante q͛ non habeant ni
si presens capitulū generale ⁊
oēs in fine constitutionū no
strarū integre cōscribantur.

Statuim⁹. xvij. Cap.
Seu presenti statuto de
cernimus q͛ magr̄ ordinis
vel eius vices gerens ⁊ difini
tores gn̄alis capl̄i sicut pos-
sunt ex causa legitima quo
ad locū mutare capitulū ita
etiā quo ad tēpus prolōgan
do vel accelerādo illud: ita
dūtaxat q͛ nec acceleratio fi-
eri possit infra annū pri⁹ as-
signati capituli neq3 prolon
gatio eiusdē vltra trienniū
nisi vocatio magistri cōtige-
rit in festo vel post festū scti
michaelis in tercio āno trie
nalis capituli prout inferius
exprimetur. Auctoritatē au
tē accelerandi vel prolōgādi
capitulū ei⁹ vicario concedi
posse simplicit̄ phibemus.
Adiucētes q͛ q̄ncūq3 iminē
te biēnali capitulo ordinem
magistro carere ↄtigerit nul
la mutatio fieri possit q̄ ad
tēpus nisi vacatio magistri
contingat in festo vel post fe
stū scti michaelis in secundo
āno q2 tūc super sederi deb3
illo āno a capitulo generali.
Si ūo anno primo immētis
capl̄i triennalis ordo magi-
stro caruerit tunc accelera-
bitur capitulū ita q͛ int̄ va-
cationē magistri ⁊ capitulū
electionis nisi vnū festū pen
thecostes īteruenire nō pos-
sit alias si post vnūannū cō
putandū a vigilia pēthecos-
tes exclusiue magisteriū va-
care contigerit nulla muta-
tio capituli quo ad tēpus fi-
at nisi contigerit vltimo āno
in festo vel post festum beati
michaelis quia tūc supsede-
ri debet a capitulo genera-
li ut expressum ē de caplo bi
ennali iminente ūo biennali
vel trienali caplo nō eligat̄

diffinitor gñalis capli nec ei
soci⁹ assignet̃ nisi in ãno vl
timo quo ẽ celebrãdũ capitu
lum gñale ⁊ q̇ vna vice elec-
tus fuerit ad p̃dictã difinitio
nẽ ad eãdem elegi imediate
sequẽti vice nõ possit. Sigu-
lis ãnis nichilomin⁹ p⁹ festũ
pẽthecostes fiãt capitula ꝓ-
uĩcialia nisi ꝑ magr̃ ordĩs in
aliq̃b⁹ prouĩcijs ex causa ad
biẽniũ fuerint prolõgata in
quib⁹ ⁊ scrutinia de prouĩ-
cialibus deferenda per diffi-
nitores vel socios coꝝ aut ꝑ
sociũ prouincialis in anno
prouincialium ad captlm ge
nerale. Qui diffinitores dua
bus vicib⁹ et ꝓuinciales ter
cia vice oĩa diffiniẽt constitu
ent ⁊ tractabũt recitabunt̃
insuper obitus fratrũ post
precedens capitulũ difuncto
rum ut fiat pro eis cõmunis
absolutio ut moris est.

Expliciunt.

Prologus.

Incipiũt constitutiões soro
rũ ordinis predicatorũ.

Quoniãz ex precep to regu le iuben tur soro res habẽ cor vnuz ⁊ animã
vnã in dño: iustũ ẽ ut q̃ sub
vna regula ⁊ vni⁹ ꝓfessiõis
voto viuũt vniformes in ob
seruãtia canonice religionis
inueniãtur. q̃tin⁹ vnitatẽ q̃
interius seruãda ẽ in cordi-
bus foueat ⁊ representet vni
formitas exteri⁹ ꝯuata ĩ mo
ribus. Quod ꝑfecto eo ꝯpe
tenti⁹ ⁊ pleni⁹ poterit obser
uari: si ea q̃ agẽda sunt scrip
to fuerint comendata: si oĩ
bus q̃liter sit viuendũ scrip-
tura teste innotescat: si mu-
tare vel addere vel minuere
nulli q̇cq̃z ꝓpria volũtate li
ceat: ne si minima negligant
paulatim defluant. Ad hoc
tñ in cõuentu suo q̃ p̃est dis-
pẽsandi cũ sororib⁹ hẽat po
testatẽ: cũ sibi aliq̃n videbit̃

expedire nisi in hiis in quib⁹ magr ordinis vel prior puincialis vl' eo⁊ vicarij ex causa alit' ordinarēt. priorissa etiā vtatur dispēsationib⁹ sicut ⁊ alie sorores. Ut igitur vnitati ⁊ paci sororū prouidere mus librū istū quē ↄstitutionū appellam⁹ diligenter cōscripsim⁹ p certa capl'a infra scripta distinctū. ut q̄ q̄rerēt facili⁹ īueniat. Declaram⁹ aūt q̄ ↄstitutōēs nō obligēt sorores ad culpā. s; ad penā tm̄ nisi ppt' p̄ceptū vl' ↄtēptū

De officio eccl'ie p̄mū capl'z

Audito primo signo surgāt sorores cum matura festinatione religiose ⁊ honeste se p̄parādo: matutinas aūt ⁊ oēs horas canonicas simul audiant sorores nisi cū aliquib⁹ ex causa fuerit dispēsatū. Hore canonice oēs in eccl'ia tractim ⁊ distincte talit' dicant' ne sorores deuotionē amittant ⁊ alia q̄ facere habēt minime

impediant̃. Nõ ita dicim⁹ eẽ faciẽdũ vt in medio v̾sus metrũ cũ pausa fuer̃ nõ ꝑ trahẽdo vocẽ in pausa vl̃ in fine v̾s⁹: hoc tñ magis ⁊ minus ꝑ tp̃e obs̾tur. Hore v̾o de btã virgĩe p⁹ horas canonicas dicant̃ in ecc̃lia. Tempore quo bis reficiunt̃ sorores legat̃ añ cõpletoriũ in ecc̃lia. sorores sobrie. ⁊c. Postea dicto ab ea q̃ p̃est adiutoriũ nr̃m ĩ noĩe dñi ⁊ facta cõfessiõe dictoq̧ cõpletorio. ebdõaria aquã asp̃gat bñdictã. postea dicat̃ pr̃ nr̃ ⁊ credo in deũ. Post cõpletoriũ ãt receptis ꝑ tp̃e disciplinis p̃cedat̃ aliquod spaciũ cõpetẽs sororib⁹ ad vacãdum sacris meditationib⁹ ⁊ orõnib⁹ ꝑuatis vsq̧ ad signũ. Similit̃ ⁊ p⁹ matutinas. facto aũt signo oẽs egrediant̃ ecclesiã ⁊ intrẽt locũ dormitionis. Aliq̃s aũt locus statuatur in quo ad p̃ndẽdũ officiũ diuinũ sorores cõueniant presente priorissa vl̃ alia cui cõmiserit tẽpore oportuno.

De inclinatõib⁹ scõm.cap.

In initiis matutĩs de btã v̾gine cũ sorores ĩ chorũ venerint inclinẽt añ altare p̃fũde ⁊ cũ ad sedes suas venerint facto signo ab ea q̃ p̃est flexis genib⁹ vel inclinate p̃funde ꝑ tp̃e dicãt pr̃ nr̃ ⁊ credo in deũ: ⁊ iterũ facto signo ab ea que p̃est surgãt. Hora itaq̧ deuote incepta v̾tse ad altare muniãt se signo crucis: ⁊ ad gl̃ia p̃ri iclinet chor⁹ cõtra chorũ p̃funde vel p̃sternat se pro tp̃e vsq̧ ad sicut erat. Hoc etiam faciẽdũ ẽ quociẽs pr̃ nr̃ ⁊ credo in deũ dicunt̃ nisi in missa ⁊ ante lectiones ⁊ gratiarũ actiões: in quib⁹ inclinamũ solũ ad pr̃ nr̃ ⁊ ad orõnẽ retribuere. Idẽ etiã faciẽdũ ẽ ad p̃mã collectã ĩ missa ⁊ ad p⁹ cõiõnẽ ⁊ similiter ad orõnẽ pro ecc̃lia. ⁊ ĩ singulis horis ad collectam ⁊ ad gloria p̃ri q̃ciensciũq̧ in inchoatione hore dĩ. Ad oĩa aũt alia gl̃ia p̃ri ⁊ ad extremos v̾sus hinorũ ⁊ ad penultimũ v̾sũ cãtici bñe inclinam⁹ vsq̧ ad genua. ⁊ qñ cantat̃ gl̃ia ĩ excelsis ad suscipe dep̃cationẽ nr̃am. ⁊ iterũ in bñdictõe lectiõis ⁊ ĩ caplo ad orõnẽ scã maria. Itẽ qñ nomẽ iesu in collecta ⁊ in p̃hpatiõe vel in añã salue. vel in gl̃ia in excelsis noiat̃. Qñ ãt nomẽ ihũ alias noiat̃ in choro sorores

eidē reuerentiā faciant capite deuocius inclinato. itē in oī oratione qñ nomē dñi nrī iesu xpi ⁊ btē virginis ⁊ beati dñici noiatur ⁊ etiā qñ nomē beate virginis noiat' ad añaz salue ⁊ i missa in pphatione ⁊ ad grãs agamus. ⁊c. ⁊ similiter ad versū. O crux aue. ⁊c. sorores in choro reuerent' inclinēt. Sic fieri debet sicut qñ nomē ihesu ⁊ marie ei⁹ matris noiat'. Hora itaqȝ predicto mō deuote incepta postq̃ȝ ad glia post venite inclinauerit stet chorus contra chorū: deīde ad pmū psalmū sedeat vnus chorus. ⁊ ad scōm similiter stet ⁊ sedeat alter chorus ⁊ sic alternēt vsqȝ ad laudate dñm de celis. ⁊ sic faciāt ad oēs horas. Finita aūt lectione in matutinis nisi fiat officiū de mortuis illa q̄ legit: inter pulpitū qd ē in medio chori ⁊ grad⁹ altaris inclinationē faciat vel prosternat se p tpe. In inclinationibus vero conformemur moribus eorū ad q̃s declinamus. Porro ad salue sancta parēs ⁊ ad salue p⁹ cōpletoriū ⁊ veni scē spūs ⁊ ad veni creator spūs in die penthecostes. ⁊ p totā ebdomadā ⁊ ad credo i missa ad et ex maria virgine ⁊ hō factus ē flectimus genua. In ferialibus quoqȝ dieb⁹ iacem⁹ pstrate a sctūs vsqȝ ad agn⁹. In festis vero triū vl' nouē lectionū iacem⁹ pstrate ab eleuatiōe corporis xpi vsqȝ ad pr nr. In pstratiōib⁹ idē seruet' in festo trium vel nouē lectionū. Quādo q̄ pest iniūxerit aliq̃ȝ cōmunē orationē inclinēt oēs. Similiter oēs faciant q̄bus aliquid facere vel dicere iniunxerit. Si aūt aliq̃ȝ obediētiā vel offm̄ vel ministeriū aliq̄d cuiuis iniūxerit humilit' se psternēs suscipiat qd ei iniunctū fuerit. Qñ etiā sororib⁹ quippiā vestimēti tribuitur: inclinātes benedictus de⁹ in dōnis suis dicant.

De suffragijs mortuorum tercium capitulum.

A Festo scti dionisij vsqȝ ad aduētū p aniuersario fratrū ⁊ sororū familiarium: receptorum per litteras ad beneficia ordinis. litterate sorores psalteriū: non litterate q̄ngenta pater nr̄ dicāt. Idē faciat q̄libet soror p sorore defuncta sui cōuentus. ⁊ idē fiat p magro ordis ⁊ pro priore pūinciali defūctis. Idē

etiā fiat ꝑ visitatore eaꝝ si in
visitatiōne moriat᷑. Idē etiā
fiat ꝑ ꝓcuratore ordis si in
curia romana i ꝓcuratiōis
officio decedat. Quelibꝫ lra
ta ꝑ frib⁹ ⁊ sororib⁹ nr̄is de
fūctis trigīta vicib⁹ septē psal
mos pnīales dicat ī āno. Nō
lrata trigīta vicib⁹ centū pr̄
nr̄. Anniūsariū prm̄ ⁊ mr̄m
tcia die p⁹ purificationē btē
marie. Anniūsariū bn̄factorū ⁊ familiariū die crastīa p⁹
octās bti augustini. Anniū-
sariū uo frm̄ ⁊ sororꝫ i crasti-
nū bti dionisij. Anniūsariū
ūo oīm sepultoꝝ i cimiterijs
nr̄is ubiqꝫ fiat ṗma die vacā
te p⁹ octās visitatōis btē ūgis

De ieiuuijs q̄rtū caplm̄.

A Pascha vsqꝫ ad festuꝫ scē crucis reficiant᷑ bis
sorores exceptis dieb⁹ rogati
onū ⁊ sextis ferijs ⁊ vigilia pē
thecostes ⁊ ieiunijs.iiij.tp̄oꝝ
vigilia scti iohānis bb᷑e.petri
⁊ pauli iacobi ⁊ bti dn̄ici pr̄is
nri laurētij assūptōis btē m̄
⁊ bartholomei ac natiuitatꝫ
btē ūgis. A festo aūt scē cru
cis vsqꝫ ad pascha ꝯtinuū te
neāt ieiuniū. ⁊ nona dicta co
medāt exceptis dieb⁹ dn̄icis
nisi dispēsatie fiat iterdū ⁊ ex
cā. In toto āt aduētu ⁊ q̄dra
gesima ⁊ ieiunijs q̄ttuor tp̄o
rū ⁊ i vigilia ascēsiōis ⁊ pēthe
costes sci iohānis bb᷑e petri ⁊
pauli iacobi ⁊ bti dn̄ici pr̄is
nri i vigilia sci laurētij assūp
tiōis btē marie ⁊ bartholo-
mei. ⁊ natiuitatis btē ūgis ma-
thei simōis ⁊ iude ⁊ oīꝫ scōꝝ
andree apl̄i ⁊ oīb⁹ sextis feri
js q̄dragesimali vtāt᷑ cibo:
nisi i locis i q̄b⁹ i dictis sextis
ferijs alit᷑ comedēt᷑ vl̄ nisi ꝓ-
cipuū festū fuerit vl̄ nisi cū a
liq̄ ex cā dispēset᷑. Qn̄ āt fe-
stū hēns vigiliā i q̄ ßꝫ ordinē
ieiunādū ē euenerit i.ij.feria
ei⁹ vigilia i ꝓcedēti sabbto ie
iūet᷑. Oria ꝯsuetudine nō ob
stāte. Fer.ij.⁊.iij.p⁹ q̄nq̄ges-
simā q̄dragesimali vtant᷑ ci
bo ⁊ ieiunēt. In paceue ūo ꝑ
totū diē in pane ⁊ aq̄ abstine
bit᷑. Precipuū festū dicimus
semiduplex ⁊ duplex ⁊ supra.

De cibo quintū capitulū.

HOra ꝯpetēti an̄ ꝓndiuꝫ vl̄ cenā a sacristissa pau
cis ictibus cāpana pulset᷑ ut
sorores venire ad refectionē
nō tardēt. P⁹modū pl̄set᷑
cibaliū si cib⁹ sit ꝑact⁹ alioq̄n
nō pl̄set᷑ dōec ꝑat⁹ sit. Ablu
tis ūo māib⁹ nolā refectorij
q̄ ꝓest pulset ⁊ tūc sorores in
grediant᷑: q̄b⁹ igressis dicat

bñe q̄ dicit ũiuſcĩos ⁊ ↄuẽtꝰ ꝑ
ſequat̃ bñonẽ. Seruitrices
autẽ incipiã ab inferioribus
vſq̨ ad mẽſam ꝑoriſſe aſcen
dẽtes. Nulla ſoror a ꝑma mẽ
ſa remaneat niſi ſuitrices ni
ſi de licẽtia ⁊ ex cã. quotq̄t ãt
remãſerint comedãt in ſcđa
mẽſa ita q̄ tertiã facere non
oporteat. Nulla fiat pitan-
cia ſuitricib⁹ vl̃ miſtris q̄ nõ
ſit ↄuẽtui niſi ſint infirme vl̃
minute. Soror nõ mittat ſo
rori pitanciã excepta ꝑoriſſa
ſʒ ſibi datã dare põt adextris
⁊ a ſiniſtris tm̃. Prioriſſa co
medat i refectorio ⁊ cibarijs
ↄuẽtus ſit ↄtẽta. Siñr ⁊ infir
marie ⁊ alie q̄ miſtrãt i offi-
cio q̄cũq̨ niſi cũ aliq̄b⁹ prio
riſſa diſpẽſauit ob aliq̄ʒ cau
ſã. Pulmẽta ſint in ↄuẽtu ſi
ne carnib⁹ ꝑterq̄ʒ in infirma
rijs. Singl̃is dieb⁹ ſi fieri põt
⁊ expidierit duo cocta pulmẽ
ta hẽant ſorores poterit aũt
ꝑoriſſa ſuꝑ addere ꝓut op⁹
eẽ idicauerit ⁊ facultas ꝑmi
ſit. Si qua iuxta ſe ſedẽti vi-
derit aliq̄d deeſſe de cõi req̄
rat a miſtra. Si q̄ de ſororib⁹
ſuiẽdo vel comedẽdo i aliq̄
offẽderit ſurgẽtib⁹ ſororib⁹
veniam petat ⁊ facto ſigno
ab ea q̄ preeſt redeat ad locũ
ſuũ. De collatõe ſextũ cap.

Tempore ieiunij hora ↄ
petẽti ſacriſtiſſa ad col
lationẽ ſignũ faciat. Poſtea
refectoraria cibalũ pulſet. De
inde ſororib⁹ veniẽtib⁹ in re
fectoriũ ad ſignũ illi⁹ q̄ ꝑeſt
legat letrix ꝑmiſſo iube done
bñdicere ⁊ ſequat̃ bñdictio.
noctẽ quietã. ⁊c. Infra lecti
onẽ ũo poterũt bibere q̄ vo
luerint facto ſigno ab ea q̄ ꝑ
eſt ⁊ dicto bñe a lectrice data
q̨ bñdictiõe ab ebđaria lar
gitor olm. ⁊c. Finita lectiõe
dicat q̄ ꝑeſt adiutoriũ. ⁊c. ⁊
tũc cũ ſilẽtio intrent ſorores
ecclĩã. Que cũq̨ ex horã bi-
bere voluerit licẽtiam petat
⁊ vnã ſociam accipiat.

De infirmis ſeptimũ capl̃m

Circa infirmas caueat
ne ſit negligẽs ꝑoriſſa.
Sic eni ꝓcurãde ſũt infirme
ut citius releuent̃ ſicut dicit
i regl̃a btĩs auguſtin⁹. Po-
terũt aũt q̄dã veſci carnib⁹
ꝓut eaꝝ grauior exigit infir
mitas vel debilitas ſcđm q̄
ꝑoriſſe viſũ fuerit. Si q̄ vero
talẽ infirmitatẽ hũerit q̄ nec
eã debilitet multũ nec come
dẽdi turbet appetitũ tali ſ nec
ſupra culcitrã iaceat nec ↄſu
etudiarla frãgat ieiunia nec

cibos refectorij mutet. In
domo non sint nisi duo loca
in qbꝰ comedãt debiles ⁊ in
firme vnꝰ carniũ ⁊ aliꝰ alio-
rũ ciboꝝ nisi sit euidẽs neces
sitas vel vrgens infirmitas si
aũt ꝑorissã infirmari ꝯtige-
rit in infirmaria cũ alijs ꝓ-
curet. De minutõe octauũ

Minutio quater cap.
in ãno fiat ꝑma i mese
setẽbris scda pꝰ natale tertia
pꝰ pascha q̃rta circa festũ bti
iohãnis bbte ꝑter has minu
tiones nulla sibi minuat ni-
si discretio ꝑorisse ꝓpter ali-
q̃z causam iudicauerit alicui
aliter eẽ faciẽdũ. Minute ve
ro cẽ refectoriũ comedãt cũ
silẽtio ⁊ ẽm ꝙ facultas ꝑmi
serit cõmodiꝰ ꝓcuret. Cau
sa ũo minutõis nõ comedãt
carnes. De lectis nonũ ca.

Sup culcitras non dor-
miãt sorores nisi i infir-
maria. sup stramina ⁊ lane-
os saccones dormire licebit.
Que aũt culcitras petierint
ieiunẽt i vna die in pane ⁊ aq̃
Cũ tũica ⁊ velo ⁊ capitegio
⁊ cincte dormiãt. ⁊ etiã cũ ca
ligis i regionibꝰ in q̃bus mu
lieres portare caligas cõsue-
uerit. Nulla q̃ in cõi tollera
re possit: hẽat spãlez locũ ad
iacẽdũ. nisi forte ꝓpt rez cu
stodiã cum necessitas hoc re
q̃rat in q̃ casu nõ minus q̃z
tres iaceant in loco ꝑdicto.
De vestitu decimũ caplm.

Vestes laneas honestas
⁊ nõ notabilit ꝑciosas
deferant sorores. ⁊ in man
tellis vilitas potiꝰ obseruet.
Lineis nõ vtant ad carnes.
Pelliceũ ũo inter duas tuni
cas hẽre possunt ꝙ aliq̃ztu-
lũ breuiꝰ sit tunicis. Lintea-
mina aũt nõ hẽant nisi for-
te ꝑorissa in infirmitorio cũ
aliq̃ ꝓpt grauẽ infirmitatẽ
iudicauit dispẽsandũ. Pel-
licijs ⁊ cooptorijs siluestribꝰ
sorores nõ vtãt. Tunice vs-
q̃z ad tallos. Scapularia ũo
sine q̃bus nõ vadãt sint tuni
cis breuiora. Soccos perla ⁊
capitegia ⁊ vela hẽant vt ne
cesse fuerit ⁊ facultas ꝑmise
rit. Cirothecas ãt nõ hẽant.
De ꝯmutatiõe rerũ vndeci-

Omnes soro- mũ cap.
res singulis ãnis vl' plu
ries si eis dictũ fuerit oĩa sibi
ꝯmissa ꝑorisse sue exponant
ꝑiter ⁊ exhibeãt eiꝰ dispositi-
oni oĩa relinquendo. Nulla
etiã ciphũ vel vas aliqd vel
aliq̃d hꝰi sibi appropiet. Itẽ
nulla hẽat archã vl' aliq̃d ꝙ

cū clauē firmet' exceptis illis q ppt' offm̄ suū necesse hēnt hēre. Itē nulla mittat vel recipiat sine licētia lrās vl' cedulā scriptū etiā sine sigillo nec etiā scriptū aliq̄d i tabulis vl' in cera nisi magr̄o vel priori puīnciali vl' vicario ondat. Priorissa etiā cū duabus sororib⁹ q̄s elegerit cū sibi expedire videbit' sororib⁹ absentib⁹ scrutet' singulos lectos sororꝝ ⁊ si inueniat ibi aliq̄d q̄ soror sine licētia potuisse hēat illud accipiat ⁊ eam condigne puniat. Item sine licētia ⁊ expressione psonaꝝ q̄bus cūq; hominib⁹ nec dent nec ab ipsis recipiāt. Quicunq; āt cōtra fecerit furti iuditio cōdēnetur.

De cōmunione ⁊ lauatura capitum ⁊ tonsura duodecimū capitulum.

Communio poterit fieri in anno quindecim vicibus in terminis de quibus visum fuerit fratribus curā de sororibus gerētibus dummodo ad pparandū se possīt hēre copiā ɔfessoꝝ. In septē aūt de illis t'minis poterūt lauari capita ⁊ tonderi capilli eaꝝ. Sit āt tōsura nō modica vt decet religiosas psonas.

De silentio tredecimum capitulum.

Silentium teneāt sorores in oratorio in claustro in dormitorio in refectorio. Alibi vero loqui poterunt de licentia speciali. put ⁊ quando fuerit eis ɔcessū. Siqua tamen submisse aliquid ⁊ breuiter de necessariis protulerit nō teneatur de silētij fractione. Omnes autem sorores vbiq; in mensa silentium teneāt tā priorissa quā alie excepta vna que maior fuerit int' eas vel alia cui pro se loqui cōmiserit ⁊ tunc taceat. Nulla aūt aliaꝝ ibidem loquatur nisi de necessarijs mense ⁊ hoc per vnicā orationē vel dictionem breuiter ⁊ submisse. Si qua vero hoc silentium fregerit ex proposito vl' licentiā loquendi dederit in vno prandio a quā tantū bibat ⁊ vnam disciplinā in capitulo accipiat coram omnibus sine dispensatione exceptis īfirmis decūbētib⁹. Caueat aūt priorissa ne sit facilis ad dandas licentias loquēdi sine cā rōnabili. Quattor de sororib⁹ magis religiosis ⁊ discretis assignētur sine q̄ꝝ vna. vl' duob⁹ vl'

posissa vel supposissa nulla liceter ire ad fenestrã locutorij secularium. Nec aliqd loquatur ibi soror nisi in auditu socie vel sociaꝝ. ista aũt socia vel socie debent accusare eam cuꝫ qua mittitur si in verbo vel gestu vel aliter in aliquo notauerit reprehensibilem. Priorissa aũt ꝛ supprioriſſa cũ aliquibus in pdicto locutorio nõ loqñt nisi i psentia alic⁹ quatuor pdictaꝝ vel alic⁹ antiqꝫ soroꝝ. Nulli detur licētia loquēdi i locutorio scłari um cũ extneis aut intrādi locutoriũ illud qndiu hore vel missa dicunt: vel qñ cõuētus dormit vel comedit nisi ex cã valde necessaria. Ad fenestras pfessionũ nulla loqtur de alijs qȝ de pfessiõe sciēter ꝛ ex pposito: nisi forte de ptinētibus ad offm̃ ecclīe cũ exteriorib⁹. ꝛ h̃ de licētia ꝛ sub misse. Nulla cõfiteat alicui sclari vel alicui cuiuscũqꝫ alterius religiõis etiã frĩ: nisi de licētia magri ordis vel prois pulcialis vel illi⁹ cui sup hoc p̃m certã formã aliqs hoꝝ pmiserit ptãtē. Jtē ad rotã nulla loqtur nisi illa vel ille q̃ ꝑ pr aliqd offm̃ sũt ipi rote deputate ꝛ ille etiã nõ loqñt ibi nisi de ptinētib⁹ ad offm̃ pdictũ. Pro pma fractione silētij ex deliberatiõe cõmissa ex mẽsa dicat soror psalmũ miserere mei de⁹: ꝛ p scd̃a recipiat in capłõ disciplinã corã ol b⁹: p tertia sedeat semel i t'ra: ꝛ hoc in prãdio nõ i cena Cõputatio tñ ista int' duo capła fiat. Priorissa tñ põt dare aliqs licẽtias gñales loqñ di cellarie cõqnarijs siue alijs officialibus put rõne officiorũ visum fuerit expedire.

De recipiendis quartum decimũ capitulum.

Nulla notabiliter inuenis recipiatur in sororē. Nõ recipiatur etiã aliq̃ nisi cũ diligenti examinatione facta seorsum de morib⁹ ꝛ vita ꝛ viribus corporalibus ꝛ industria animi. ꝛ vtrũ sit cõiugata ꝛ nõ per ecclesiam separata a viro. Examiнetur etiã diligentius vtrum sit grauida ꝛ si non possit de hoc certitudo haberi expectandum ē donec certitudo habeatur. Item inquiratur vtrum sit serua vel ratiocinijs obligata vel alteri⁹ professionis vel occultã habeat infirmitateꝫ vel alia impedimēta ppt' q̃ non expediat eã recipi. Hec

autẽ examinatio a ꝑorissa ꝛ a duab⁹ sororib⁹ discretis de cõsensu capl̃i ad hoc electis fieri debz. Cũ aũt recipiẽda adducta fuerit in capl̃m prosternat se ĩ medio. Interrogata ũo ab ea q̃ ꝑest q̃d q̃rat rñdeat (m̃iam dei ꝛ ṽram) qua ad missum q̃ ꝑest erecta exponat ei austeritatẽ ordĩs ꝓpositũ ei⁹ reqrens. Q̃ si rñdeat se ꝓponẽdã cũcta suare dicat post cetera (dñs q̃ incepit ipse ꝑficiat) ꝛ ꝯuẽt⁹ rñdeat amen. Tũc depositis secularib⁹ vestib⁹ ꝛ religiosis indutis in societatẽ soroꝝ in capl̃o recipiat̃. Verũtamẽ anteq̃z stabilitatẽ ꝛ comunẽ vitã ꝓmittat ꝛ obediẽtia faciat: tp̃⁹ ꝓbatiõis assignet̃. Probatõis ũo tp̃⁹ statuim⁹ vni⁹ anni vl̃ eo apli⁹ put illi q̃ ꝑest de ꝓdentũ ꝯsilio videbit̃ expedire: ut ꝛ ipa austeritates ordinis ꝛ sorores mores ipsi⁹ experiant̃. Magr̃ ãt ordinis vel prior ꝓuincialis ꝑẽsatis facultatib⁹ dom⁹ q̃ ꝑ tẽpe fuerint aliquẽ certum numerũ soroꝝ statuãt vltra quẽ nõ recipiat̃ aliq̃ in sororẽ: nisi talis eẽt ꝑsona q̃ sine graui dãno vel scãdalo recusari solet. ꝛ tũc nõ nisi de ꝯsilio magr̃i ordinis vel prioris ꝓuincialis recipiat̃. Nulla etiã fiat ꝓmissio de sorore aliq̃ recipiẽda anteq̃z loc⁹ vacauerit. Licebit q̃q̃z aliq̃s recipe int⁹ ĩ sorores ꝯuersas vbi hoc expediẽs videbit̃ in numero moderato put eaꝝ officijs ꝛ adiutorijs alie sorores indigebũt. Dicãt aũt in profestis dieb⁹ pro matutinis. xxviij. pr̃ nr̃ ĩ festis aũt nouẽ lectionũ. xl. Pro vesꝑis. xiiij. pro q̃libet aliaꝝ horaꝝ septẽ loco ꝑciosa tria ꝓ bñdictiõe mẽse vnũ: p⁹ mẽsam ꝓ gratijs tria. In ieiunijs ꝛ vigilijs ꝛ alijs q̃ eaꝝ statui ꝯpetũt se alijs conformabunt.

De nouiciba⁹ ꝛ earũ instructione q̃ntũ decimũ capl̃m.

Prioriss̃a nouiciab⁹ magistrã diligentẽ in ipaꝝ instructiõe ꝑponat q̃ eas de ordine doceat. in eccl̃ia ꝛ vbicũq̃z negligẽter se hũerit verbo vl̃ signo q̃ntũ poterit studeat emẽdare necessaria put põt debet eis procurare. De aptis negligẽtijs cũ añ eã petierint veniã: pniãz dare. vel eas in capl̃o ꝓclamare. Humilitatẽ cordis ꝛ corꝑis doceat eas hẽre: frequenter pure ꝛ discrete ꝯfiteri: sine pro-

prio viuere: propriã volũtatẽ deserere: ꝑ volũtate maiorũ obediẽtiã in oĩb⁹ volũtarie obſuare. Quomõ vbiq̃ ⁊ in oĩb⁹ se hẽre debeant. Ipsas debet instruere q̃ꝺ locũ ubi fuerint posite vbiq̃ꝫ teneãt. Qualr̃ se ad cameras ꝯtineãt, vt occl̃os subl̃imes non habeãt. Qũo vel̃ quid orent ⁊ quã silenter ut alijs rugitũ nõ faciant. Quomõ in capitulo vel vbicũq̃ꝫ reꝑhense fuerint ab ea q̃ preest. venia sit facienda ⁊ ꝗ siq̃ sororẽ suã aliquo modo scandalizauerit ad pedes ei⁹ prostrata veniã petat. Instruẽde etiã sunt nouicie vt cũ nemine ꝯtendere ꝓsumãt ⁊ ꝗ in omnibus magr̃e sue obediãt. in ꝓcessione sociã sibi collaterallẽ attẽdãt nec loq̃ntur locis ⁊ tp̃oribus interdictis nec alias sine licẽtia: ⁊ ꝗ nemineꝫ penit⁹ iudicet̃: sed siqua ab aliq̃ fieri viderint licet mala videant̃ bona suspicẽtur vl̃ bona intẽtione facta. Sepe eñi hũanũ fallit̃ iudiciũ. Et ꝗ non loquãtur de absente nisi q̃ bona sunt: ꝗ disciplinas freq̃nter suscipiant ⁊ cũ duab⁹ manibus bibant ⁊ sedendo. ꝗ libros ⁊ vestes ⁊ res alias monasterij custodiãt diligẽt̃. Et quod si quid petitũ fuerit ab vna earum q̃ ꝑest et negauerit non petatur ab alia nisi negatiõe ꝑore exposita sed nec si a maiore petierint ⁊ negauerit nõ vadant ad minorem. Item ꝯfessiones nouiciaꝝ ante ꝓfessionẽ recipiantur ⁊ diligẽter de modo confessionis ⁊ in alijs instruantur. Itẽ nouicie ante ꝓfessionẽ de debitis se expediãt et omnia alia ad pedes ꝑorisse ponãt. Itẽ nouicie ⁊ alie sorores q̃ apte sunt in psalmodia et officio diuino studeãt diligẽter ꝑter ꝯuersas q̃bus sufficiat ut sciant vl̃ adiscãt ea q̃ debẽt pro horis dicere. Omnes ũo in aliquo laborerio adiscẽdo vl̃ exercendo occupentur. Item nouicie non intersint capitulo de culpis ſꝫ in ꝑncipio se accusent vl̃ magr̃a eaꝝ ex̃ capitulum culpas eaꝝ audiat ⁊ ipas q̃ꝫtũ poterit diligẽter in morib⁹ instruat ⁊ charitatiue corripiat.

De modo faciendi professionem. sextum decimum capitulum.

Mod⁹ faciẽdi ꝓfessionẽ talis ẽ ego soror. N. facio

pfessionē et pmitto obediētiā deo et btē marie et btō dominico et tibi sorori enl priorisse tal' puētꝰ vice frīs. N. magri ordinis frz pdicatoꝝ et successoꝝ eius sm regulā btī augustini et institutiões sororuꝫ quaꝝ cura pdicto ordini ē pmissa qꝛ ero tibi obediēs aliisqꝫ priorissis meis vsqꝫ ad mortē. Nouiciaꝝ aūt vestes in eaꝝ pfessione bñdicantur hoc mō. Ōnde nob dñe misericordiā tuā. et salutare tuū da nob. Dñe exaudi orōneꝫ meā. et clamor meꝰ ad te veniat. oremus. Dñe ihū xp̄e q̄ tegumē nr̄e mortalitatis idue re dignatꝰ es obsecramꝰ immēse largitatis tue habūdātiā: vt hoc genꝰ vestimētoꝝ qđ sci p̄res ad innocētie et humilitatis indiciū ferre sanxerūt. ita bñdicere digneris ut q̄ hoc vsa fuerit te iduere mereatur xp̄m dñm nr̄m. Post modū aspgat' aq̄ benedicta. Ad pfessionē nulla recipiatur infra. xij. annos. Volumꝰ etiā qđ aliq̄ sorores bñdicāt' cū btūs dñicꝰ pr̄ nr̄ hoc ordinasse dicat' circa illas q̄ fuerūt illo tp̄e suo. et hꝰi bñdictio solet eē aliqbꝰ occasio vt sup alias se extollant.

De levi culpa decimū septimū capitulum.

Leuis culpa est siq̄ mox ut signū factū fuerit nō relictis oibꝰ cū matura festinatiōe se pparauit. vt ad locū p quo fit signū veniat tēpestiue. Siq̄ signatū sibi legēdi vel cantādi offm̄ nō atēte ꝯpleuerit vel responsoꝝ vel aiaꝫ vel aliđ inceptura chorū turbauerit. Siq̄ male legēdo vel cātando offendens nō statim se corā omnibꝰ humiliauerit. Si liber in quo legendum ē in collatione vl' in capitulo. vel i eccl'ia cuiusqꝫ neglecta defuerit. Similis culpa est siqua ad mēsam vl' ad collationē vel sermonem vel capitulū vel ad horas in eccl'ia vl' ad laboꝛeriū comūe cito nō venerit. vel ad lectionē mēse notata ad bñdictionem se tarde obtulerit. Siq̄ in dormitorio. vel alibi in couentu aliquē tumultuꝫ fecerit. vel orantes vel legētes vl' laborātes in aliquo. inquietauerit. Si pānus ad inuoluēdū calicē vel patenā vl' corporale vel stola vl' manipulꝰ vel similia per negligentiam cuiusqꝫ ad terrā ceciderit vl' sivestres suas suo tēpore et lo

to statuto honeste et ordinate aliqua nō reposuerit. Item leuis culpa ē siqua cereū vel aliqđ vtensiliū perdiderit vl' fregerit vel aliquod vestimē torū suorū deteriorauerit vl' āmiserit. Siq̄ in officio vel sermone vl' laborerio dormitauerit vl' occulos vagos habēs per claustrū vel domum ad vanitates sepe dixerit. Siq̄ ociosis vacauerit vel dissolute riserit vel alias ad ridēdū cōcitauerit vel in aliquo gestu vel motu vel statu vel habitu vel verbo rephensibilis apparuerit. Pro his culpis vnus psalmus vel plures ēm quātitatē excessuū prout videbit' teneāt' capl'm iniūgat'.

De media culpa decimum octauuū capitulum.

Media culpa ē siqua ad gloriā pmi psalmi non affuerit et in medio chori nō satisfecerit: vel in vigilia ānūciationis vel natiuitatis dñi in pncipio capli nō affuerit vt pnūciatis exordijs nrē salutis et redēptiōis grās agat corde et corpe redēptori nro. Similis culpa ē siqua i choro nō intenta diuino officio vagis occulis et motu irreligioso leuitatē mentis ostenderit. Siqua lectionem tempore statuto non preuiderit vl' aliud legere vel cantare presumpserit q̄ᵹ qđ ordinatū est Siqua in choro riserit vel alias ridere fecerit. vel in conuentu dissolutione aliq̄ᵹ fecerit. Item media culpa est. Siqua a capitulo vel sermone vel collatione vel refectione comuni vel laborerio vel hora aliqua ex causa minus rationabili remanserit. Siqua comune mandatum dimiserit siquid cibi vel potus absq̄ᵹ benedictione aliqua sumpserit. Similis culpa est siqua cum aqua proclamata est eadem die quasi vindicando se proclamauerit vel clamans in pclamatiōe sua iurgium fecerit. Siqua vt in loquendo fieri solet cum iuramento aliquid affirmauerit vel negauerit vel vaniloquium dixerit. Siqua sororem pprio nomine vocare omiserit hoc nomine soror in vsu habuerit. Pro huiusmodi culpis psalmi discipline et venie secundū discretionē tenētis capitulū imponant' quātitate culparum pensata.

De graui culpa decimum nonū capitulum.

GRauis culpa est si q̃ cū
aliq̃ lites hũerit vl' ĩ ho
neste cõtenderit. Si q̃ alicui
oprobiũ dixerit vel culpã ꝑ
q̃a satisfeceret ĩproperauit.
Si q̃ in ꝓclamatione iurgiũ
fecerit vel in illã aq̃ ꝓclama
ta ẽ vel quelibet aliã maledi
dicta seu ũba inordinata vel
irreligiosa maliciose inuexe-
rit. Similis culpa ẽ siq̃ discor
dias inter sorores seminaue-
rit vel detraxerit. seu susurra
trix inuenta fuerit. Si q̃ ma
la de sororibus vl' domo ma
liciose euomerit vel culpã su
am vel alteri⁹ ꝓterue defen
derit. Si q̃ mẽdaciũ scienter
dixerit. siq̃ ꝓuictu vel vestitu
vel q̃libʒ alia remurmuraue
rit. Si q̃ silentiũ nõ tenere in
ↄsuetudinẽ duxerit. Itẽ gra
uis culpa est siq̃ carnes absqꝫ
licẽtia ⁊ necessitate comede-
rit vel ieiunia statuta frege-
rit. Siq̃ in aliquẽ occulũ fige
rit vel turpẽ ſmonẽ protule
rit. Siq̃ res aliq̃s alij deputa
tas quauis nõ aio retinẽdi si
ne licẽtia accepit vel a capl'o
vl' ſmone vl' cõi dormitiõe si
ne causa aliq̃ ⁊ licẽtia reman
serit. Pro h⁹i culpis ⁊ simili
bus iniũgant' tres dies ĩ pa-
ne ⁊ aq̃ ⁊ tres discipline ĩ ca-
pitulo corã oĩbus recipiẽde
vel plʼres ⁊ psalmi ⁊ venie ꝓ
ut ſm excess⁹ maiores vl' mi-
nores videbitur iustũ esse.

De grauiori culpa vicessimũ
capitulum.

GRauior culpa ẽ siq̃ per
contumatiã vel mani-
festã rebillionẽ suis maiori-
bus inobediẽs extiterit. vl' cũ
eis ꝓterue cõtẽdere ausa fue
rit. Siq̃ aliã maliciose ꝑcusse
rit. Si qua res aliquas alij ↄ
cessas vel de comuni aĩo celã
di accepit vl' ꝓpũ hũerit. Si
milis culpa ẽ siqua munuscu
la vel alias res sine licẽtia de
derit vel recepit vel receptis
celauerit. Siqua lr̃as vel ali-
qua in scripto aliq̃ sine licen
tia miserit vel receperit vel le
gerit vel sibi legi fecerit. Si q̃
aliq̃d inhonestũ domus vel
soroꝝ vel secretũ aliq̃d extra
neo cuiqꝫ reuelauerit. vel ali
quod q̃cũqꝫ crimen capitale
comisit. Pro h⁹i culpis que
rea fuerit veniã petens scele
ris sui ĩmanitatẽ lamẽtabilr
ꝓferat ⁊ denudata vsqꝫ ad
cingulũ vapulet ad pedes sin
gularũ. ꝑmo ꝑorisse deinde
vtriusqꝫ lateris sedẽtiũ. ⁊ sit
oĩm nouissima in ↄuẽtu. In
refectorio quoqꝫ ad comunẽ

mensam nō comedat cū aliis sz i medio refectorij super nudā terrā ꝑuideat ei grosior panis ⁊ aque: nisi q̄ pest ei p misericordiā aliqd ipendat. nec reliqe prandij sui cū alijs misceant. Ad canonicas horas ⁊ ad gras post comestionē añ ostiū ecctie transeūtibus sororibus ꝓstrata iaceat dum intrant ⁊ exeūt. Nulla vō audeat se iungere ei vel aliqd mandare. Talis quādiu erit i hac pnia nō communicet nec veniat ad osculū pacis nec notet ad aliquod offiū in ecctia nec vlla ei comittat obediētia. Priorissa vō ne in desperationem labi possit mittat ad eā q̄ est in tali pnia sorores q̄ moneant eam ad penitenciā ꝓuocent ad paciētiā foueāt p cōpassionem hortent ad satisfationē. adiuuēt p suā intercessionē. Quib⁹ ⁊ suffraget tot⁹ cōuent⁹. si appuit in ea debita humilitas ne renuat q̄ pest cū ea facere misericordiā. ⁊ si videt ei denuo vapulet modo supradicto. Eodē mō debet penitere siq̄ qd ab sit in pctm̄ carnis lapsa fuerit qd graui⁹ ceteris punire cēsemus ⁊ plusq̄ oīa alia ab hoīnamur. Poterit aūt ei q̄ talis fuerit velū nigrū auferri q̄diu fuerit i hac pnia. Si vō h⁹ pctm̄ occultū fuerit: disq̄sitione secreta ƒm tps et ꝑsonā cōdignā agat q̄ pnia; Si vō aliq̄ p cōspirationē vel ꝯiurationē vel maliciosā cōcordiā aduersus ꝑorissam vł supiores suos māifeste se erexerint supradicto mō penite ant: ⁊ de cetero in tota vita sua extremū locū sui ordis teneant ⁊ vocē in caplo nisi in sui accusatione nō hēant. nec eis aliqua obediētia iniūgatur. Siqua tñ nō maliciose sz i veritate aduers⁹ ꝑorissam aliqd hūerint qd tollerari nō debeat nec deceat priꝰ eā inter se cū oī humilitate ⁊ charitate de sua correctione admoneāt. Q si frequēter admonita se corrigere neglexerit aut ꝯtēpsit ꝑori ꝓuinciali vł ei⁹ vicario significet.

De grauissima culpa vicesimū primū capitulum.

Grauissima culpa est in incorrigibilitas ill⁹ q̄ nec culpas timet admittere ⁊ penā recusat ferre. Siqua igit talis inuenta fuerit exuta habitu sororū ⁊ eaꝝ societate ꝑuata recludat in locuꝫ seqstrā

vtatur cibis qui ꝑ grauiori culpa superius sunt expressi. Ad correctionẽ aũt taliũ habeãtur aliq̃ loca apta in quibꝰ nõ solũ ꝑdicte incorrigibiles sed etiã cõtagiose ⁊ suspecte ꝓbabiliter de nocumento inferendo in personis vel rebus vel de fuga poterit recludi. Pro culpis vero aliq̃bus minoribus istis poterit interdũ iniũgi aliquibus ut in eisdem locis morentur ad tẽpus sequestrate secundum ꝙ videbitᷣ expediens.

De apostatis vicessimũ secundũ capitulum.

Siqua i apostasia vl' fuga deprehensa reducta fuerit inuita penam q̃ supra determinata ẽ de incorrigili sustinebit. Siqua vero fugitiua volũtarie redierit petẽs misericordiã nullatenus recipiatᷣ imperpetuũ maxime si de lapsu carnis comisso suspecta fuerit nisi magr̃o vl' ꝑori ꝓuinciali super hoc consultis ⁊ expresso casu aliud ex causa iudicetᷣ interdũ. Cum aũt fuerit recipiẽda denudata vsq3 ad cingalũ cũ virgis in capitulũ veniat ⁊ postrata veniã petat ⁊ penis oĩbus supradictis de grauiori cl'pa vel lapsu carnis vel conspiratiõe subiciatur. receptura tñ de misericordijs ibi taxatis plꝰ vel minus citius vel tardius ꝰm exigentiã excessus ꝓcedẽtis ⁊ signorum penitẽtie subsequẽtis.

De creatione ꝓorisse vicessimũ tertiũ capl'm

Magister vel prior ꝓuincialis ꝓuideat de priorissa vbi talis cõsuetudo fuerit vsq3 nũc. vt priorissa a cõuentu secũdũ formã canonicã videlicet per scrutiniu3 vel cõpromissionẽ vel comunẽ inspirationẽ eligatᷣ: oibꝰ iuris subtilitatibꝰ vl' cauillatiõibus relegatis. ⁊ a magr̃o vel priori ꝓuinciali vel vicario adhoc spẽaliter assignato si ei visum fuerit cõfirmetur. Cõuentus aũt qui petit electe cõfirmationem in priorissam numerum scribat eligentium ⁊ nomina. Si vero isra mensem non elegerint magister vel prior prouincialis cõuẽtui prouideat de priorissa. Sorores autẽ post professionem suam ⁊ non ante ad electionẽ priorisse admittantᷣ.

De modo eligẽdi priorissas tenore dñi bonifacij.

Modus elegendi canonice priorissas iuxta teno

rē ꝯstitutionis oīū bonifacij in festo ēiste ꝯuentus debet cōpromittere in frēs qui audiūt scrutiniū ad eligendū illā quam maioꝛ pars nominauit. Quo facto ⁊ auditis vocib⁹ oīum soroꝝ nō debēt publicare vota soroꝝ sigillatim s; dicere simplicit̄. talis habēt tot voces ⁊ talis tot. Cū ille frater q̄ est prioꝛ interrogat si in aliam volunt ꝯsentire: stans debet formare decretū sic ego frater. N. vice mea ⁊ frm. N. ⁊. N. ꝯmissarioꝝ ⁊ soroꝝ electricū ꝯsētiētū si nō oēs ꝯsentiāt eligo sororē talē N. in prioꝛissam monasterij talis. De istitutiōe supprioꝛisse vicessimū q̄rtū capitm.

PRioꝛissa de cōsilio discretaꝝ soroꝝ ⁊ p̄oris ꝓuincial' vel vicarij ei⁹ instituat supprioꝛissā cui⁹ offiñ erit hēre diligētiā ⁊ curā circa cōuētū ⁊ in alijs quātū p̄oꝛissa assignauit ei vel ꝑmisit. In cotidiāis ūo capitlis nō ꝓclamet' nisi aliq̄ñ pro magno excessu s̄m q̄ prioꝛisse visū fuerit. Cadē āt suppoꝛissa moꝛtua p̄oꝛissa vel āmota vices eius plenarie obtineat ꝙusq; p̄oꝛissa sit electa ⁊ ꝯfirmata ⁊ in domo p̄sens extiterit vl' ni si magr̄ vel p̄oꝛ ꝓuincial' vel vicarius aliter oꝛdinauerit.

De circatricibus vicessimus quintum capitulum.

PRioꝛissa duas soroꝛes discretas assignet ⁊ oꝛdinet oꝛdis zelatrices q̄ sint sollicite ⁊ intente circa gestus ⁊ facta soroꝝ. ⁊ post cōpletorium ⁊ de die etiam interdu; claustrū ⁊ alias officinas circueāt. ⁊ si q̄s in aliquo se habentes minus religiose inuenerint debebunt in capitulo proclamare. Visitatorē quoq; tēpoꝛe visitationis de statu religionis quomodo fuerit vel non fuet' plene infoꝛmare. De cellaria vicessimū sextū capitulum.

CEllariā soroꝛes habeāt vnā de maturioꝛibus ⁊ discretioꝛibus domus que per se ⁊ socias sibi assignatas consilio prioꝛisse ⁊ supprioꝛisse fideliter ⁊ deuote bona temporalia procuret. q̄ pecunias pannos frumentum vinū vel aliquid huiusmodi sine licētia generali vel speciali dare non presumat. Cellaria coꝛā prioꝛissa ⁊ supprioꝛissa ⁊ tribus de maturioꝛibus soroꝛibus ad hoc assignatis a conuētu ꝯputationē

faciat quolibꝫ mēse recepto-rū ⁊ dispēsarū. Semel aūt in āno vel amplius si visum fuerit corā pore puinciali vł eius vicario ꝯputatio fiat ⁊ status domus exponatur. Possessiões sine ꝯsensu ꝯuentus alienari vel minui non possunt.

De labore vicessimū septimū capitulum.

Quia ociositas inimica ē aīe ⁊ mr ⁊ nutrix vici orum nulla sit ociosa: sꝫ diligenter obseruet vt exceptis illis horis ⁊ tpōribus qbus oōni vel officio vel alie occupationi necessarie debēt intēdere opibus manuū ad vtilitatē comunē oēs atēte insistāt put fuerit ordinatū. Cū sororibus aūt quādiu sunt in labore porissa vel supporissa vel aliq alia adhoc a porissa assignata sit pñs. Laborēt aūt cū silētio. Nulla recedat a cōi labore sine licentia ⁊ necessitate. q̄ āt sic exierit expleta necessitate redeat.

De edificijs vicessimū octauū capitulum.

Edificia sororꝫ sint huiūlia curiositate vł super fluitate nō notanda ⁊ apponatur cura diligēs qꝫ ordinentur officine put melius fieri poterit ꝓ religione suanda. Anteoīa detur opa qꝫ clausura sit valde alta ⁊ fortis, ita ut vel egredied̄i vel ingrediēdi p clausurā oportūitas nulla detur. Nō sit aūt in clausura sororū nisi vnū ostiū forte ⁊ bonū qd̄ cū duabus clauibus vel pluribus q̄ntitate ⁊ forma differentibus claudatur cū vna intus ⁊ cū alia exterius. Interior aūt custodiatur exterius vł intus sm dispositionē porissa puincialis vel vicarij eius. exterior ūo intus sm dispositionē porisse ⁊ ꝯuentus. Ppter aūt in aliquo loco ꝯuenienti ipsius clausure in ipō muro insepabiliter adherens ipsi aliqd̄ instrumētū rotūdū qd̄ rotā vocamus p qd̄ ita possint res necessarie dari ⁊ accipi qꝫ dantes ⁊ accipiētes possint nulla tenus se videre. In eccl'ia vero in aliq loco int medio int sorores ⁊ exteriores aptetur aliq fenestra ferrata ꝯpetētis magnitudinis i q̄ fiant smōes. ⁊ aliq loco apto due fenestre paruule ferrate ad ꝯfessiões audiēdas. Poterit hēri aliqd̄ locutoriū ad loquēdū cū extraneis in aliq loco ꝯuenienti vbi aptetur fenestra ferrata simili mō sic dictū est de fe

nestra maiore. in ecclia vl' in ipa ecclia ad p̄dictã fenestrã maiorẽ fieri poterit locutiones cũ extraneis vbi hu͛i locutoriũ non hẽtur. ¶Porro oẽs suꝑdicte fenestre vel fenestrule ferrate sic disponi debẽt vl' ꝑ duplicationẽ ferrature vel ꝑ acutos clauos ꝙ int͛ exteriores ⁊ interiores nullus possint interuenire cõtact⁹. Itẽ oẽs fenestre vl' fenestrule ⁊ ẽt rote debẽt interius hẽre hostia lignea bona cũ clauibus diligent͛ firmãda. ¶Pret͛ suꝑdictas fenestras nlla alia hẽat͛ nisi forte cã loq̄ndi vna alia simil' fenestrule ꝯfessionũ i loco ꝯpetẽti ď licẽtia magri vl' ꝑoris ꝓuicial' ꝯcedat.

De ingressu ⁊ egressu domorum vicessimũ nonũ capl'm

Circa igressum ⁊ egressum domoꝝ sororũ summã adhibere volẽtes cautellã interdicim⁹ sub pena anathematis neuncq̃ȝ aliq̃ soroꝝ egrediat͛ clausuram nisi propter ꝑiculũ ignis vl' ruine vl' latronũ vel malefactoꝝ aut similiũ euẽtuũ q̃ solẽt vergere in ꝑiculuȝ mortis: nisi forte de licẽtia magistri ex causa aliq̃ transferri ꝯtigerit aliq̃ȝ ad aliã domũ faciẽdã vel factã. Regẽ vel reginã metropolitanũ vel diocesanũ vel legatũ vel cardinalez vel papã vel patronũ vl' patronã si ab initio fũdationis eis ꝯcessuȝ fuerit licebit ingredi cũ societate honesta ⁊ moderata vbi usq̃ȝ mõ fuerit hu͛i ꝯsuetudo Itẽ magr̃ vel ꝑor ꝓuincialis vl' visitator adhoc miss⁹ causa visitationis igredi poterit cũ societate frm matura int͛dũ sȝ raro. Qñ ũo aliq̄s p̄dictoꝝ ingredit͛ ꝑorissa cũ trib⁹ antiqorib⁹ eũ semꝑ ꝯmitet͛. Alie ũo nõ discurrãt sȝ sint in caplo vl' in ecclia vel in alio loco honesto oẽs preter illas q̃ necessario occupãtur in aliqbus officijs donec regressus fuerit ex͛ domum. ¶Nulla loquat͛ cũ aliq̃ ingrediẽtiũ seorsũ ab alijs nisi forsam cũ aliq̃ p̄dictoꝝ qui possunt ⁊ debẽt itrare ⁊ hoc de licentia: exceptis ꝑorissa ⁊ tribus sororib⁹ ad hoc deputatis. ¶Priorissa ⁊ tres alie simil' stent ⁊ simul vadãt vel bine ⁊ bine nec aliq̃ aliaꝝ loquatur alienis nisi p̄nte et audiẽte aliq̃ p̄dictaꝝ. Loquat͛ ãt cũ alijs quos ex aliq̃ causa ꝯtigerit ingredi de expedientibus breuit͛ ⁊ succinte. Itẽ

opoɽteat infra terminos ſo rorū aliqua opa fieri neceſſaria poterūt itrare oparij aliqui de licētia ꝑorie ꝓuincialis vel vicarij ⁊ tūc prioɽiſſa ⁊ ſupprioɽiſſa ⁊ procuratrix vl' alie tres de antiquis ⁊ maturis adhoc deputate oparijs loqui poterunt ita tamen ꝙ vna ab alijs duab⁹ audiat. alie vero nullo modo laquātur cis nec etiã ad eos accedant. Itē ſi aliqua ita infirmari cōtigerit ꝙ ad locū cōſuetum communiōi venire nō poſſit ſi opoɽtuerit eā communicari ſacerdos ī ſuppellicio cū ſtolla coɽpus xp̄i deferens reuerenter precedentibus cū duabus ſoroɽibus cū cereis ⁊ vna cū aqua benedicta ⁊ alia cāpanillā deferente aſſociantibus nihilomin⁹ de maturioɽibus ſoroɽib⁹ ad infirmariā vadat ⁊ infirma communicet ꝑut in oɽdinario ꝯtinetur. Si aūt aliqua ſoroɽ infirmatur in tm̄ ꝙ eā inungi opoɽteat tunc ſacerdos indutus vt ſupɽa de cōmunione dictum eſt oleum ſacre vnctiōis ōferat ⁊ vna ſoroɽe crucē poɽtante ꝓcedētib⁹ duabus cū cereis ad infirmariam vadat ⁊ totus cōuentus cū ꝓceſſiōaliter antecedat. Intrans aūt ſacerdos infirmariā dicat. pax huic domui. et cetera. fiāt ſicut notatū ē ī oɽdinario. ita tamen. ꝙ abſterſiones cū ſtupis fiant vel a ꝑoɽiſſa vl' ab aliqua ſoroɽe cui iniunxerit. Cauēdū eſt aūt ne de facili multiplicent' ingreſſ⁹ modo cauſa comunionis modo cauſa vnctionis ſi ne magna cauſa: ſed ſimul fiat vtrunq;. Cum autem ſimul comunicari ⁊ inūgi aliquā opoɽtuerit ſoroɽ aliqua crucē poɽtet ⁊ frater ⁊ ſoci⁹ ſacrā deferant vnctionem ⁊ pɽimo fiat comunio deinde vnctio ⁊ in iſto caſu ſemꝑ remaneat cōuentus in īfirmaria vſq; ad complectionē officij. Poɽro vbi copia miniſtroɽū ſupɽadictoɽū nō habetur in pɽōptu vel propter aliq̄ neceſſitatē feſtinare opoɽtet omiſſa ſolemnitate predicta de miniſtris ⁊ apparatu fiat qđ faciendū erat ſicut fieri poterit bono modo.

De capitulo cotidiano triceſſimū capitulum.

Finitis matutinis teneatur capitulū vel poſt pɽimā vl' poſt tertiam ⁊ miſſam ſi miſſa poſt pɽimam di-

tatur. aliquãdo etiam poterit intermitti si priorisse videatur. Ingresso conuentu capitulum lectrix pronunciet lunam et que de kalẽdario pronuncianda sunt et ebdomaria prosequatur preciosa. etc. Dein de sororibus residentibus lectrix pronunciet lectionem de institutionibus vel de euangelio pro tẽpore. premisso iube dõne. et ebdomodaria subiungat benedictionem. regularibus disciplinis vel diuinũ auxilium pro tempore. Et facta absolutione pro defunctis dicat que tenet capitulũ. benedicite et responso. dominus inclinent omnes. Dein de recitatis beneficijs et recomendatis recomẽdãdis orationibus et dicto a priorissa retribuere dignare. etc. Dictis etiã a conuentu psalmis ad te leuaui et de profundis kirieleison. pater noster. sub sequẽtibus etiam tribus versiculis. Oremus pro domino papa. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. Requiescãt in pace ab ebdomadaria dicendis cum his tribus collectis. Omnipotens sempiterne deus qui facis mirabilia. et pretende. Fideliũ deus. Re sideant sorores. Tunc que preest poterit dicere breuiter si quid ad honestatem et correctionem sororum viderit expedire. Post hec dicat que preest. faciant venias suas que se reas extimãt. Continuo que se reas intellexerint prostrate veniam petant. Dein de auditis primo nouiciabus si in capitulo fuerint audientibus et egressis: alie surgentes humiliter confiteantur culpas suas et quarum culpa talis est que digna sit correctione preparent se ad correctionem quam tenes capitulum faciat vel illa cui iniunxerit. In capitulo vero sorores nisi duabus de causis non loquantur silicet culpam suam vel aliarum dicendo simpliciter et prelatis suis tantum ad interrogata respondendo Una etiam stante et loquente nulla loquatur. Nulla faciat proclamationem ex sola suspitione. Item nulla accusset de auditu nisi personam a qua audierit dicat. Similiter quelibet caueat ne malum quod audierit de alia alteri conferat nisi di-

cat aquã audierit. Auditis culpis dicitur psalmus. Laudate cũ versu ostende nobis domine. ⁊ dñe exaudi. ⁊ collecta actiones nr̃as. ⁊c. In fine dicat priorissa. Adiutoriũ nr̃m ⁊ sic soluitur capitulum. Cum non tenetur capitulum de culpis pnunciãda sunt ea q̃ sunt de kalẽdario ⁊ deīde pciosa siue in choro siue in caplo mõ supradicto exceptis recitatiõib⁹ bñficioꝝ ⁊ orõnib⁹ annexis.

De pcessione domoꝝ tricesimũ primũ capitulum.

Inhibem⁹ sub pena excõicatiõis ne aliq̃ det opaz directe vł indirecte sciẽter q̃ aliq̃ dom⁹ soroꝝ pstruat' vł pstructa ordini frm pdicatorũ comitat' nisi pus sup hoc hẽret' pse'⁹ capl'i gñalis. Ea dẽ districtiõe ordinam⁹ neuq̃ in aliq̃ casu dom⁹ aliq̃ recipiat' sub cura ip̃i⁹ ordis nisi cũ sufficiẽti puisiõe in bonis tpoalibus p necessitati b⁹ soroꝝ. Nulli etiã libellus iste tradat' ad trãscribẽdũ vł vidẽdũ sine licẽtia magri ordinis vł poris puīcialis.

Expliciũt pstitutiones soroꝝ ordis frm pdicatoꝝ.

Incipit regula fratrũ ⁊ sororũ de penitentia sc̃i dñici.

